

P. Giangrisostomo Tovazzi

TOPOGRAPHIA LAGARINA

seu

brevis notitia oppidorum, terrarum, pagorum, vicorum, montium, silvarum,
fluviorum, rivorum, lacuum, locorumque omnium totius

VALLIS LAGARINAE

historico-diplomatico-literario-sacro-profanis monumentis instructa et illustrata

Abbozzo primo

Tridenti M.DCC.LXXVI.

Apud Sanctum Bernardinum Senensem

TOPOGRAPHIA LAGARINA

seu

Brevis Notitia Oppidorum,
Terrarum, Pagorum, Vicorum, Mon-
tium, Silvarum, Fluviorum, Rivorum,
Lacuum, Locorumque omnium totius

VALLIS LAGARINÆ

Historico-Diplomatico-Literario-Sacro-Profani
Morumque instructa et illustrata.



TRIDENTI. M. DCC. LXXVI.

Apud Sanctum Bernardinum Senansem.

Biblioteca San Bernardino, Trento: Prima pagina del manoscritto n. 26, contenente la Topografia Lagarina.

E modico vico Roboretum excrevit in urbem.

“Laborem suscepimus lectoribus, ut arbitror, haud inutilem.
Quamobrem eos, qui sine labore laborum nostrorum
fructum sunt percepturi, rogatos volumus,
ut pro laboribus nostris orationes et preces impertiant suas.
Quod si minus accurata videbitur explicatio,
laborem saltem boni consulant, et quae desunt, ipsi doceant”.

Celebris Theodoretus Episc. Cyrensis
in Epist. sua praefixa Explanationi in Cantica Canticorum.

Praefatio

Alpium omnium Tridentinarum, immo Tirolis universi civitates, oppida, pagos, vicos, montes, silvas, lacus, fluvios, rivos, et alia omnia quae ad topographiam, seu chorographiam nostram pertinent, aliquando seriatim digesturus, et commentario historico-chronologico-diplomatico pro modulo meo illustraturus, variis ac multiplicibus cum ineditis, tum impressis monumentis evolvendis, non sponte, atque otiosa curiositate ductus, sed necessario intendens, multa olim ad rem facientia seorsim reposui, ac in tabulas redegi.

Vastum igitur, ac diuturnae sollicitudinis opus, et nedum humeros meos opprimens, sed etiam instituti mei cellitici rationem excedens, meditatus sum, et quasi concepi. Die tamen, quo ipsum suspicarer, ac ei lucubrando manum admodum admoverem, diu simulque frustra expectato, in eam tandem memet conversi sententiam, ut integrum opus elaborare, ac perficere non valens, partem eius saltem adgrederer, ac ea propositi mei specimen in medium adducerem et proferrem, confidens, quod prioribus ductus lineis, viaque strata, facilius, ac felicius, laudabiliusve in id alius incumbere deinceps poterit, ac reapse incumbet.

Non multum haesi quaerens anceps, quo me verterem, quamve partem illustrandam deligerem; statim enim se se obtutui meo, meisque oculis obiecit dulcissima patria mea, Tridentinarum Alpium, praefataeque Tirolensis Provinciae non ignobilis profecto, nec minima portio, nempe Regio, seu *Vallis Lagarina*. Quapropter hanc vultu hilari, corde magno, et animo volenti amplexatus sum, hanc delegi, hanc laborum meorum metam constitui, et ei, quae mihi esse dedit, ac me prorsus inutilem diu aluit, hanc grati animi significationem sempiternam rependere ac exhibere dignum duxi.

Eiusdem patriae amorem (*naturale* siquidem est, teste sancto Hieronymo, *ut unusquisque genitale diligat solum, et nihil dulcius habeat patria*)¹ ne ad falsa procudenda me impelleret, iustiori castae veritatis amore temperavi, et si ut proclive admodum est, ac omnino inevitabile, in multos gravesque prolapsus sum errores, si falsa pro veris, certa pro incertis obtrudi, contra mentem profecto id accidit, ac proinde ceu non scripta censeri cupio ingenue, ac volo prorsus.

Ceterum ego literis mandavi, quae mihi alioquin solitario, et ab hominum saecularium consortio ut plurimum semoto, videre, audire, contingere, ac legere fortuito licuit, et datum est. Multa dubio procul, immo plurima, et relatu digniora nolens desideranda, perque alios adtexenda reliqui. Non sum Strabo, nec Plinius, nec Ptolomaeus, nec Barrius, nec Hortelius, aut alius huiusmodi; et quando etiam talis forem, adhuc verum esset illud: *non omnia possumus omnes*, atque aliud: *non omnis fert omnia tellus*, quum nequidem illi rem totam exhausserint, et nihil reliquum fecerint. Addat igitur tantumdem saltem alius, alia tertius, quartusque alia, et en tibi non sperandam patriae descriptionem atque notitiam. Tu interim quisquis es, benigne lector, fruire, si lubet adnotatis, parce inconcinnis maleque tornatis, ac meliora, et uberiora proferto, ad maiorem Dei Optimi Maximi gloriam et honorem. Amen.

¹ Hieronymus s., *In Ieremiam*, L. 2, c. 17, v. 3.

Index topographicus

Il numero indica il corrispondente del testo.

Agresta [*Gresta*] 12
Ala [*Ala*] 1, 277, 284, 301
Ala fluvius [*fiume Ala*] 10
Albanus mons [*Monte Albano*] 2
Albaretum [*Albaredo*] 3
Albiser 271
Aldenum [*Aldeno*] 4, 298
Andreae Sancti Lacus [*Lago di Loppio*] 15, 100
Anghebeni [*Anghebeni*] 7
Anzima [*Lenzima*] 11, 92
Aqua Sacra 17
Areniam [*Reviano?*] 272
Arlangum 14
Arsia Vallis [*Vallarsa*] 229
Asianum 16
Aste [*Aste*] 5
Astegus [*Astico*] 6, 101, 308
Athesis [*Adige*] 15, 279
Avaronium [*Lavarone*] 105
Aviana 9
Avium [*Avio*] 8, 250, 284, 301, 302
Avolanum [*Volano*] 13, 293, 315
Badabiones 36
Baiocum 18
Baisii [*Baisi*] 26
Baldi Castrum [*Castel Palt*] 19
Baldi Mons [*Monte Baldo*] 20, 302
Balli 26
Balteri [*Valteri*] 26
Barbarola 21
Barcum Castrum [*Castelbarco*] 27, 62, 301
Bassianum 22
Bastianellum [*Bastianello*] 26
Bellunum 24
Beccachetum [*Beccaché*] 26
Besagnum [*Besagno*] 23
Besenellum [*Besenello*] 26
Besenum [*Beseno*] 25, 312
Bisellius Mons 26
Bisortius Mons 26
Borcola Mons [*Passo della Borcola*] 28
Bordinus Mons [*Monte Bordina*] 32
Brancafora 29
Brancolinum [*Brancolino*] 33

Brentinum [*Brentino*] 34
Brentonicum [*Brentonico*] 35, 68, 280, 283, 284, 301
Brotii 26
Bruni 26
Burgetum [*Borghetto*] 31
Busae [*Buse*] 30
Buscum [26,28
Callianum [*Calliano*] 43
Camarasius [*Cameras*] 65
Campus Silvanus [*Camposilvano*] 38
Campus Longus [*Campolongo (fraz. di Noriglio)*] 54
Cantonium 56
Carniga [*Garniga Terme*] 42, 79
Carpineta 37
Castelbarcum [*Castelbarco*] 62
Castellanum [*Castellano*] 45
Castellio [*Castione*] 48
Castrum Cornu [*Castel Corno*] 59
Castrum Curtis [*Castello della Corte*] 60
Castrum Dossi Maioris [*Castello di Dossomaggiore*] 68, 35
Castrum Novum [*Castelnuovo*] 58, 295
Castrum Petrae [*Castel Pietra*] 61
Castrum s. Georgii 321
Castrum Vetus Murii [*Castelverde*] 67
Castrunculum 66
Caum 57
Cazanum [*Cazzano*] 46
Cedreum 290
Cesuinum 41
Cherlius 52
Chizola [*Chizzola*] 51
Cimonium [*Cimone*] 40
Citerna [*Cisterna*] 53
Clinisium 63
Clozola [*Chizzola*] 51
Clusa 251
Clusolae [*Chiusole*] 50, 291
Coelius Mons [*Cei*] 39
Corgnanum [*Corniano*] 64
Cornetum [*Corné*] 311
Costa Cimonii [*Costa (fraz. di Cimone)*] 55
Costa Fulgariae [*Costa (fraz. di Folgaria)*] 55
Costa Orilii [*Costa (fraz. di Noriglio)*] 55
Crista [*Gresta*] 44, 299
Crusanum [*Crosano*] 49
Cubalum [*Covelo*] 47, 40
Fadanum 76
Fazanum 76

Finunculus [*Finonchio*] 258
Fluvius Lemnus [*Leno*] 93
Fodinae [*Fosine di Sacco?*] 78
Folisinum 267
Follasium [*Folàs*] 75, 267
Fons Rebusii 69
Fontani [*Fontani*] 72
Foppianum [*Foppiano*] 71
Fulgarida [*Folgaria*] 70, 286, 307
Furni [*Forni*] 73
Fuxi [*Foxi*] 74
Gampori 85
Gardulae [*Gardole*] 80
Gardunum [*Gardumo*] 82, 318
Garniga [*Garniga Terme*] 79, 42
Geroli [*Geroli*] 85
Gerusia 86
Girardi 84
Gola 304,82
Gresta [*Gresta*] 44, 299, 12
Grumum 83
Guardia [*La Guardia (fraz. di Folgaria)*] 81
Halla [*Ala*] 88
Hiseria [*Isera*] 90
Holanum [*Volano*] 87
Ianum 292
Ifanium 91
Lacus S. Andreae [*Lago di Loppio*] 15, 100
Lagarina Vallis [*Vallagarina*] 95, 245, 305, 306
Lagarum [*Villa Lagarina*] 94
Lancima [*Lenzima*] 92
Lasticus [*Astico*] 6, 101, 308
Lavaronium [*Lavarone*] 105, 307
Lavianum 274
Lemnus [*Leno*] 93
Lessii [*Lesi*] 97
Liciana [*Lizzana*] 102
Ligeris 104
Lizanella [*Lizzanella*] 103
Loplum [*Loppio*] 99
Macera [*Masera?*] 123
Malemna 113
Mamma [*Mama*] 112
Manfrinum 110
Manison 270
Manzanum [*Manzano*] 119
Marani [*Marani*] 107
Maranum [*Marano*] 108, 300

Marcum [*Marco*] 111
Mattason [*Matassone*] 118
Mattilori 135
Mediomontium [*Mezzomonte (fraz. di Folgaria)*] 116
Memola Mons 120
Mon S. Catharinae 129
Mons Antilonius 126
Mons Baldus [*Monte Baldo*] 133
Mons Buffalonius 128
Mons Campi Bruni 130
Mons Cornetus [*Cornetto*] 126
Mons Cosmagnonius 127
Mons Finonchius [*Finonchio*] 132
Mons Muscae 131
Montarionus 122
Mosellari [*Nosellari*] 125
Moyetum [*Moietto*] 109
Muantia 134
Muratius [*Murazzi*] 121
Murium [*Mori*] 115,284,301
Nacum [*Nago*] 157,314
Navisellun [*Navesello?*] 252
Nemus Foresti 142
Nogaretum [*Nogaredo*] 140, 296
Nomesinum [*Nomesino*] 144
Norilium [*Noriglio*] 136
Novarna [*Noarna*] 137
Nucellarii [*Nosellari*] 139
Numium [*Nomi*] 136, 316, 320
Nusdorfium [*Volano*] 143
Olanum [*Volano*] 145
Opulum [*Loppio*] 99, 146, 319
Orilium [*Noriglio*] 148
Orsanicum [*Ossenigo*] 147
Palatium 156
Paldum [*Castel Palt*] 149
Paludium [*Palù di Brentonico*] 155
Panonium [*Pannone*] 153
Parmesani 177
Pathonium [*Patone*] 154
Pavoianum 259
Peneda [*Penede*] 157, 314
Perium [*Peri*] 152
Petersanum [*Pedersano*] 168
Petra [*Pietra (fraz. di Noriglio)*] 167
Petrae Castrum [*Castel Pietra*] 165
Petratii [*Pedrazi*] 179
Pezzati 178

Pilcantum [*Pilcante*] 159
Piontum 166
Pipergulum 161
Pirum [*Peri*] 152, 297
Pivatate 172
Planum Vallarsiae [*Piano*] 273
Platea [*Piazza*] 171
Platium [*Piazza*] 163
Plebs 150, 263, 269
Plodium 292
Pobesenum [*Dietrobese*] 151
Pocaldum 176
Podestaria 160
Pogatium 266
Pomarolum [*Pomarolo*] 169
Porcesia 265
Pornallum [*Pornal*] 175
Postae [*Alle Porte*] 162
Postallum [*Postal*] 164
Potricum [*Potrich*] 174
Pozza [*Pozza*] 181
Pozzacchio [*Pozzacchio*] 173
Prada 158
Praetoriensis Vallis 160
Pratalia [*Pradaglia*] 170
Puechae [*Puechem*] 180
Quatuor Mansus [*Quattro Masi*] 182
Quatuor Vicariatus [*Quattro Vicariati*] 284, 301
Rausii [*Raossi*] 190
Ravazonium [*Ravazzone*] 183
Rebusium 192
Ripa alta [*Rivalta*] 186
Ripa Vallarsiae [*Riva di Vallarsa*] 187
Ripulae 185
Rivianum [*Reviano*] 184
Roboretum [*Rovereto*] 195, 294, 303
Rocha Pia 191
Ronchii [*Ronchi*] 193
Rontium [*Ronzo*] 194
Rorarrius Mons 226
Rubollium [*Roboi*] 189
Rueppii [*Roipi*] 188
S. Felix [*San Felice*] 77
S. Georgii Castrum 321
S. Gothardus 261, 168
S. Hilarius [*Sant'Ilario*] 89, 200
S. Ilario [*Sant'Ilario*] 89
S. Iori 321

S. Lazari Mons 106
S. Leonardus [*San Leonardo*] 96
S. Lucia [*Santa Lucia*] 98
S. Margarita [*Santa Margherita*] 114
S. Martinus [*San Martino*] 117
S. Maurus [*San Mauro*] 124
S. Nicolaus [*San Nicolò*] 141
S. Petrus 262
S. Sebastianus [*San Sebastiano*] 214
S. Valentinus [*San Valentino*] 264
Sabinianum [*Savignano*] 196
Sablitaria [*Sabbionara*] 197, 288
Saccum [*Sacco*] 205
Salamonis Dorsus 198
Saltuaria [*Saltaria*] 207
Sanum [*Sano*] 206
Sargnis 209
Saxum [*Sasso*] 208
Scannucla [*Becco di Filadonna*] 216, 324
Sega [*Sega*] 215
Serata [*Serrada*] 212, 310
Serravallis [*Serravalle*] 211
Serosa 213
Siccum 199
Slacchae 201
Slavini [*Slavini*] 204
Solassum 217
Sornae [*Sorne*] 210
Sosignalis 218
Spiltium 202
Staineri 219
Stedeleri [*Stedileri*] 203
Stropparolum [*Sant'Ilario*] 200
Subcastrum [322
Tercirum 220
Terragnolum [*Terragnolo*] 222,307
Teurus Mons 221
Therodoi Castrum 223
Thiernum [*Tierno*] 224
Thilliarnum [*Tierno*] 224
Toldus [*Toldi*] 225
Tonetia Mons 227
Torrens 93
Trambelennum [*Trambileno*] 228
Transandarium 117
Trasiellum 117
Ursinicum [*Ossenigo*] 147, 313
Vadum [*Vo*] 244, 288, 309

Val di Prigione [*valle del Rio Prigione?*] 234
 Valdemaria 236
 Valduga [*Valduga*] 230
 Vall'Orsara 232
 Vallarsia [*Vallarsa*] 229, 281, 286, 289, 307
 Vallis Frigida 242
 Vallis Garduni [*Val di Gresta (o di Gardumo)*] 235, 282
 Vallis Lagarina [*Vallagarina*] 95, 245, 305, 306
 Vallonga 278
 Valmorbia [*Valmorbia*] 231
 Valorsari 233
 Vantia [*Vanza*] 238
 Varanum [*Varano*] 237
 Viana 276
 Vicus 275
 Villa Fulgariae 240
 Villa Nogareti 241
 Villanova 239
 Visnà 317
 Volanum [*Volano*] 243
 Warda 287
 Wolgarida [*Folgaria*] 246
 Xiccum 247
 Zanolium 253
 Zanvettori 256
 Zesowinum 248
 Zimonium [*Cimone*] 249
 Zoneri [*Zoreri*] 255
 Zorreri [*Zoreri*] 255

Praenotanda pro memoria

1. Villa proprie est domus circa agros, vel rura, in qua exteriores agricolae commorantur: unde et villani, et rustici vocantur. *S. Bovnaventura* Cradinalis in Cantic. Canticorum exposit. mihi MS § 306.
2. Sola Roma Urbs: cetera oppida; *S. Isidorus* Episcopus Hispalensis Lib. 9, Etymologiarum cap. 4.
3. Civitas, et urbs in hoc differunt, quod incolae dicuntur civites: urbs vero complectitur aedificia. *F. Ambrosius* Calepinus in Diction. verbo *Civitas*.
4. Oppidum est locus moenibus inclusus, in quem homines multi habitandi causa [sic] conveniunt. Quidam oppida ab urbibus distinguunt, ut hae maiores, illa minora sint. Verum indifferenter legimus eandem civitatem oppidum et urbem appellari. Idem *Calepinus* verbo *Oppidum*.
5. Burga, et suburbia, etsi vulgo *Borghi* appellentur, in hoc discrimen habent, quod illa sint vici quidam pagani, seu pagi pluribus domibus coagmentati, spatio aliquantulo ab urbe remoti, haec vero sunt vici urbi contigui et annexi. *F. Ioan. Mich. Cavalerius* Berg. Operum Liturgic. To. 1, pag. m. 96.

6. Non quaecumque domorum collectio moenibus cincta, civitas dicitur, sed illa solum, quae episcopum habet, ex Bartholo in *Lege 2 ff. de verborum significatione in fine*. Quae autem episcopo caret, *oppidum*. Quae sine moenibus est, *Burgum*, si plures sint domus: *Pagus* vero si pauciores communiter appellantur. Ita *Carolus Guyetus* turonensis in *Heortologia* L. 1, c. 7, q. 8, pag. 44, col. 1, edit. Ven. 1729.
7. Benedictus Papa XIV Lib. 13 de Synodo dioecisana cap. 7, § 17 ac 18, ait quaestionem celebrem esse, atque apud iurisperitos frequenter agitur, utrum oppidum, in quo non sedet episcopus, civitatis titulo appellari possit. Ait secundo, quod civitates fuerunt ante institutionem episcoporum, et quod si cives episcopum interficiant, civitas mulctatur quidem poena, ut episcopali sede perpetuo careat, sed non ideo civitatis titulo et iure spoliatur. Ait tertio quod ipse semper arbitratus fuerit civitatis honore potiri posse locum episcopo carentem, dummodo aliunde illustris sit, iisque dotibus, et praerogativis ornatus, quae civitati conveniunt, et a supremo principe, cui talis auctoritas sit, civitatis iure, et appellatione donetur. Ait quarto Benedictum XIII civitatis titulum et iura tribuisse oppido Roncilionis episcopo carenti in suo Statu temporali, et seipsum idem concessisse oppido Pergulae. Ait quinto sibi semper persuasum, quod statim ac episcopalis sedes in oppido aliquo fuerit stabilita, etiamsi illud antea civitatis iure non gauderet, eo ipso ad civitatis gradum assurgat, ipsique omnia civitatis privilegia debeantur, quod etiam iure canonico, et exemplis comprobatur.
8. Le carte topografiche non comprendono, che un piccolo spazio, come sarebbe il territorio di una città, e in esse dee ritrovarsi ogni cosa, fino i molini, le fontane, le strade consortive, i prati coi loro canali. Le corografie poi rappresentano un paese, un regno, o gli Stati di una Repubblica, contenendo pure un principio dei paesi confinanti, *Gianfranc. Pivati* nel *Dizion.* verbo *Carta*.
9. Il dottor Gio. Targioni Tozzetti medico fiorentino nel 1754 ha scritto la corografia, e topografia fisica della Toscana. Nella topografia dà le descrizioni particolari e minute di ciascheduna parte di essa Toscana secondo la divisione naturale delle Valli, che la compongono, e mette in vista luogo per luogo tutto ciò, che vi si osserva, o che vi è accaduto di memorabile toccante la fisica, e l'istoria naturale, civile, ecclesiastica, e letteraria. Nella corografia descrive tutta intera la Toscana, dando insieme la sua storia naturale, cioè il ragguaglio metodico, e generico delle produzioni naturali, e che compongono. Di più alcune notizie d'istoria civile, ecclesiastica, e letteraria.
10. Pagus a verbo graeco dictus, est vicus, in quo multa sunt aedificia coniuncta rusticorum, ex villis scilicet. Unde pagani, et villani dicuntur rustici. Pagus ab oppido differt, quod oppidum munitione aliqua cingitur. *Laurentius Beyerlinck* in *Theatro vitae humanae* To 6, verbo *Pagus* pag. m. 2, col. 2.
11. Civitas muralibus septa parietibus. *S. Ambrosius* in *Lucam* L. 7, n. 71.

**Topographia Lagarina
seu nova descriptio Vallis Lagarinae.**

Auctore F. Ioanne Chrysostomo de Avolano Minorita Reformato.

17 PARS PRIMA 76.

A

1. Ala², civitas aperta, idest sine moenibus, ad laevam Athesis fluvii, inter Roboretum, et Clusam Veronensem, sedes unius ex quatuor Vicariis Lagarinis Castrobarcensium Dynastarum³, caputque insignis, etsi non adeo vetustae paroeciae, a Muriensi disiunctae. Dicta fuit *Burgum* ad annum 1204, *Terra, seu Civitas imperialis* a Marcellino de Pise Matisconensi, aut ipsius interprete Antonio Olgiato Comensi, in Annalibus Capuccinorum edit. Trident. 1708 ad annum 1613, num. 75, pag. 36; ab Antonio Clusolo Roboretano in *Mundo Antiquo, et Moderno* edit. 3. Venetae 1739 *parva civitas*; ac tandem a Romanorum Rege, nunc imperatore Iosepho secundo Austriaco archiduce, anno, quo ipsam adiit 1765 die 24 iulii viva voce titulo *civitatis* decorata. Eandem olim castro, seu arce per dominos Castrobarcenses diruta munitam, plures familiae illustres, et statio imperialis postae, ac itinerantium principum, etiam summorum, satis notam, et insignem reddunt. Habet publicum gymnasium, in quo est etiam cattedra rhetoricae. Natales dedit Antonio Cristae in arte pictoria insigni, Ioanni Lagarino appellato, Michaeli Polo, Iacobi, et Ioanni Baptistae Peregriniis, aliisque scriptoribus, quos in Tirolensi bibliotheca laudavi, aut laudabo. Unicam habet domum Regularem, scilicet conventum S.P.N. Francisci Patrum Minorum Capuccinorum ab anno 1608. Passim dicitur *Ala quatuor Vicariatuum*; necnon *Ala Vallis Lagarinae, Ala Tridenti*. Reperi dictam *Alam* an. 1170, 1178, 1204, et seqq. *Allam* an. 1214 et seqq. *Halam* 1439⁴. *Alla* inscribitur a Ioanne Baptista Homano in Tabula generali Germaniae Austriacae Iosepho primo regi romanorum dicata post annum 1689, et ante an. 1705. *Ala* in Tabula Tirolensi Iosephi Antonii Spergesii Oenipontani. *Alla* iterum a Matthaeo Seuttero augustano seniore in Tabula Domini Veneti, et a Ioanne Antonio Magino paduano in Tabula 18 et 22 Italiae edit. Bonon. 1620. Potissimum eius lucrum stat in conficiendis pannis villosi serici. Alioquin vulgo dicitur:

Se 'l Formentone falla
Tu vanne via da Alla.

Se 'l Formentone falla
Bisogna lasciar Alla

Eiusdem paroeciae homines adseruntur numero circiter 4.700; quos *Allanos* appellavit an. 1537 cardinalis episcopus et princeps Tridentinus Bernardus Clesius, dum propria manu, libellum supplicem sibi ab *hominibus et Commune Allae* directum notavit: *Petita per Allanos 1537*. Petierunt autem praeter alia: “Secundo, quod pater, et mater, et quilibet consanguineus, vel affinis usque in tertium gradum inclusive possint, et facultatem habeant percutiendi et verberandi filios suos, et alios in consanguinitate, vel affinitate sibi coniunctos usque ad gradum suprascriptum respective, causa eos corrigendi, et castigandi. Necnon similiter licitum sit marito pro correctione eius uxoris

² Vide infra n. 277, 284.

³ *Ala de' Quattrovicariati* semper scribit cl. Baronius in *Idea. Piccola città di Ala* in *Ephemeridibus Tridentinis* anno 1804, fol. 53, sub datum *Ala*.

⁴ Anno 1472 die 2 septembris Alana Communitas litigavit cum monachis s. Zenonis Veronensis in Monte Lesinorum. – Molossus anglicus, seu canis Angliae, italico idiomate dicitur *Alano*.

eam sano modo verberare, et hoc sine aliqua poena iuris, vel Statutorum Communitatis Tridentini". Nunc etiam subest utrique iurisdictioni spirituali, et temporali episcopi Tridentini, etsi feudi, ut aiunt, nomine pertinet ad Comites CastrobArcenses Mediolani residentes. Baudrandus habet: *Alla, Alla, oppidum Tridentinae dioecesis in Italia, ad Athesim fluvii 18 mil. pass. infra Tridentum, et totidem supra Veronam*. Morerius autem: *Alla petite ville ou bourg d'Allemagne sur l'Adige dans le Vallée de Trent, oux confins du Veronois, appartient a la maison d'Austriche*. Quod ultimum falsum est.

2. Albanus Mons supra Murium ad septentrionem, ubi olim castrum, nunc ecclesia S. Mariae, cum eremitorio. Castrum *di Albano* praedictum fuit a Venetis dirutum anno 1439 teste Iacobo Tartarotto *nelle Iscrizioni Lagarine* num. 7. Memoratur *Castrum Albani* an. 1358 ac etiam anno 1279, et 1413⁵.

3. Albaretum, *Albaredo*, et frequentius *Albaré*, pagus ad laevam fluvii Lemni ex Valle Arsia descendens, inter Xiccum, et Foppianum. In spiritualibus parit archipresbytero licianensi. In temporalibus autem est pars Communitatis Vallarsiensis; aliud est *Albaretum* in Ducatu mediolanensi; aliud in dioecesi tarvisiana; et aliud in agro Veronensi. Lagarinum *Albaré* occurrit mihi ad an. 1472. Ceterum Facciolati Orthographia, seu Vocabularium habet: *Albereto, luogo dove vi ha molti alberi*⁶.

4. Aldenum, *Aldeno*, frequentius, sed corrupto vocabulo vulgi *Naldeno*, pagus notabilis inter Romanianum, et Numium, cum curato villani archiprebyteri suffraganeo, ad Athesis dexteram situs, in planitie ad montis Cimonii radices, quem aquae rivus interfluit. Eius antiquior mentio apud me est ad annum tantummodo 1340. Cave, ne ipsum confundas cum *Aldeno* Athesiae⁷, atque *Ardeno*⁸ Anauniae, de quibus agam in Topographia Tirolensi. Eiusdem *Aldeni* Lagarini meminit Spergesius, et Maginus Tab. 18, et 31. Est pars ditionis Nogaretanae Comitum de Lodronio. Ab Octaviano Roboreto an. 1592 dictus est *Naldenum*.

5. Aste, vicus Vallis Arsiae inter Staineros et Ripam, ad Lemni sinistram. Inde forsitan originem suam duxit familia *de Aste*, quae nunc inter nobiles roboretanas memoratur, deditque patriae modernum archipresbyterum Baltassarem. Et eiusdem vici astensis memor est laudatus nunc baro Spergesius. In Pedemontio est civitas episcopalis Astensis, nuncupata passim *Asti*.

6. Astegus, *Astego*, fluvius, cuius fontes sunt apud Busas Nucellariorum in Monte Fulgaridae, finis autem in Vicentino episcopatu. Memoratur a Magino, et ab Spergesio, dicendusque forsitan propriori voce *Asticus*. Cadit in Tesenam, apud Furnos Vicentini territorii. Dicitur etiam *Lastego*: et in charta anni 1276 *Lastegus*. Vide infra num. 101, 308.

7. Anghebene, villula Vallis Arsiae inter duos Lemnos, dicta *gli Anghébene*. De qua Spergesius, et Statutum Roboretanum, seu Taxa officialium Praeturae Roboretanae.

⁵ *Arban* dicitur a Zagata ad an. 1441.

⁶ Albereto, *Arboretum*, luogo pieno di alberi. Facciolatus Orthographia edit. Patav. 1753. *Albaretum* Insubriae habet Maginus tab. 8.

⁷ *Aldein.

⁸ *Dardine.

8. Avium, *Avio*, et *Avi*, terra parochialis ad Athesis dexteram, cum castro, et Vicario in temporalibus, uno ex quatuor Vicariis Cstrobarcensium Comitum⁹. Subest episcopo Veronensi, et principi Tridentino. Memoratur ab Spergesio, et Magino, et Iacobo Tartarotto Roboretano in Memoriis antiquis Roboreti, et Vallis Lagarinae pag. 62. Reperitur eiusdem mentio ad annum quadragesimum quintum saeculi noni, sive ad an. 845¹⁰. *Aviensis* autem cuiusdam civitatis prope Aquilam in Vestinis, mentionem facit Martyrologium romanum die 20 octobris. Id non frustra heic notari, propria didici experientia. *Aviam* dicit urbem Aprutii excisam Philippus Ferrarius. *Avium* dista Tridento 26 P.M.

9. Aviana, fluvius apud Avium, recensitus ab Spergesio. Ad an. 1340 occurrit *Aqua Vianae cun aedificiis in plebatu de Avio*. Vide infra num. 276.

10. Ala, fluvius alter Alensium, de quo Spergesius. Ad annum 1340 nominatur *Aqua de Alla cum Vado, et aedificiis*.

11. Anzima, vulgo *Lanzima*, pagus Hiserianae plebis, quem appellatum reperi *Lanzimam* ad annum 845. *Lancimam* ad an. 1201. *Linzimam* districtus Castri Cornu Vallis Lagarinae ad an. 1479, *Lenzimam sub castellantia Castricornu* ad an. 1339. *Anzimam* ad an. 1220. Est in monte Hiseriam inter, et Nomesinum, viderique potest a navigantibus Athesim¹¹.

12. Agresta. Sic anno 1388 dictus est locus in vertice Gardunensis montis situs, qui nunc passim *Gresta* audit, estque caput iurisdictionis novissimae Castrobarcensium Comitum, a quo prius dicti barones Grestae. Alia dicam infra verbo *Gresta*. Quidam *Apollinaris Agresta* de Mammola calaber Ordinis Basiliani generalis, et scriptor clarus obiit Messanae anno 1695, die 24 decembris.

13. Avolanum, *Avolano*, *Volano* frequentius, et *Olano*, patria mea dilectissima, quam terrae grandis, *Terra grossa*, titulo nonnulli appellant, sita est ad laevam Athesis, a quo mille circiter passibus distat, ed ad excelsi montis radices, Callianum inter, et Roboretum, in Via Imperiali, quae in Germaniam ex Italia ducit. Situs eiusdem vetustior ad pedem amoeni collis, qui nunc *Destòr* vulgo audit, parumque distans est, fuisse videtur mihi, locus enim ille nunc etsi nullam omnino aedem habeat, *Villa* nuncupatur. In colle autem illo quondam fuit Castrum Volenes, a Francis anno saeculi sexti nonagesimo, scilicet an. 590, aliis 577, dirutum, teste Paulo Diacono Aquileiensi Lib. 3 *de Gestis Langobardorum*, cap. 30¹². Pro *Avolano* habent Volanum tabulae annorum 1341, 1429, 1472, 1524, 1526, 1527, 1547, 1571, 1611, et Ambrosius Francus Arcensis, ac Marianus. Anno 1341 vixit *Volanus de Volano*. Scripserunt *Volano* etiam geographi Matthaeus Seutterus Augustanus, Maginus paduanus, Spergesius, et Clusolus¹³. Hic

⁹ Vide infra num. 250,284,302.

¹⁰ Anno 1001 claruit *Avianus medicus* Mathildis Comitissae.

¹¹ In Clerologio Trid. an. 1789 ac 1793 est *Curatus Lenzimae*; in Clerologio autem 1803 *Curatus Lencimae*.

¹² *Volano di là da Roveredo* sarà Volenes di Paolo Diacono. Maffei in Vernona illustrata, part. 1. col 129.

¹³ Avolani sunt lapicidae, ac figuli.

ipsum dicit *Terra grossa*¹⁴. In civilibus, et criminalibus causis paret Roboretano Praetori¹⁵. Proprium habet archipresbyterum, cuius suffraganei sunt parochi Besenellensis, ac Fulgaridanus. In littore Ferrariensi Padi est *il Porto di Volano*. In Archiepiscopatu ravennatensi, idem *Portus Volanae*. Quidam Merinus *Olanus* an. 1380 fuit dominus Endenae in Camunis, seu Valle Camonica. Alius *Olanus* fuit Dux Etruscorum, a quo nomen accepisse dicitur Insubriae civitas *Olanum*, postea nuncupata *Mediolanum* a Medo Gallorum Insubrum Duce¹⁶. Anno 1570 vixit in Polonia quidam *Andreas Volanus*, a quo plures libri scripti sunt, sed an fuerit conterraneus meus nescio: nequam exstitisse sciens. Ante annum 1640 scriptis claruit quidam Ioannes Martinus *de Olanos*, et alius hispanice appellatus *Ivan de Hueca Volano*. Inter scriptores pariter numerantur duo Minoritae Antonius *de Olano* lusitanus, et Dominicus *de Olano* hispanus. Etiam ille qui prior edidit sanctae Brigittae Suecae revelationes, vivens an. 1373, ab nescio quo dictus est *gravissimus Theologiae Magister Petrus Olanus*, sed verius ab aliis nuncupatus est *Dominus Petrus Olavus confessor dominae Brigittae*. Ad *Volani* nomen pertinet insuper, quod legere sit, anno Domini millesimo in monasterio canonicorum dioecesis Comaclensis coepisse Congregationem Regularem dictam sancti Iacobi *de Cella Volana*. Fulgarienses patriam meam germanica sua lingua nominant *Nusdorff*, immo etiam in quodam Ferdinandi primi Romanorum regis, dein imperatoris, diplomate dato Oeniponti anno 1532, die 2 novembris appellatur *Avolan*, sive *Nusdorf*. Addo, quod olim fuerint Salisburgensis archiepiscopi ministeriales aulici quidam *Nobiles de Nusdorff*, quodque in Austria est pagus *Nusdorff* appellatus. Porro *Nusdorff* interpretatur *Villa Nucum*. Inter nuces autem recensentur Nuces Ponticae, ac Praenestinae, uno verbo dictae *Avellanae* ab Avellino Campaniae oppido; et a nostratibus *Noselle* ab earum modicitate. Olim reperi quoque *Avellanum* Italiae terram. Haec pro nunc satis de Avolano, de quo alia dicam inferius num. 87, 143, 145, 243, 293, 315.

Volene habet etiam Muratorius in Annal. Ital. ad an. 590, Paulum Diaconum allegans.

14, Arlangum, vicus obscurissimus Vallis Arsiae, cuius nulla mentio extra eandem Vallem, quod ego quidem sciam. In Statutis Roboretanis dicitur *Arlanch*, scilicet in Taxa officialium Statutis assuta.

Arsia Vallis, de qua inferius verbo *Vallarsia*.

15. Athesis, *Adige*, *l'Adice*, rusticis *l'Ades*, ac germanice loquentibus *Etsch*, fluvius regius Lagarinam regionem intersecans, et in Italiam defluens. Torellus Sarayna Lib. 3. Hist. Veronen. fol. 44, col. 2, edit 1542 ait: *Per la Valle Lagarina discorre velocemente l'Atthice*. Nihilo tamen minus est navigabilis, et navigatur ferme quotidie. Intra eiusdem Vallis ambitum nullus est super ipsum pons, cuius vices supplentur per duas Cymbas insimul coniunctas, unoque Portus vocabulo appellatas, et quinque in locis sitas, nempe apud Callianum, apud Clusolas, apud Saccum, apud Rapationem Muriensium, et apud Vadum Avianorum, Avolanensibus, ac forsan etiam aliis, plus damni quam utilis

¹⁴ Anno 1348 vixit Nasimbenus quondam Calzabrunae de Burgo Avollani episcopatus Tridenti, ex charta scripta in Castro Besseni [*Compendium diplomaticum* I, num. 21].

¹⁵ Olano 1571.

¹⁶ Anno 1378 floruit Paulus Olanus bergomensis vir potens in Valle Camonica. – Anno 1467 vixit Dominicus quondam Speranzae de Roncono habitator Volani plebis Volani Vallis Lagarinae. Nunc etiam 1805 Volani sunt *Speranzae*.

adferre identidem solet huiuscemodi fluuius, de quo plura in Topographia Tirolensi dicenda relinquo. Vide infra num. 279.

Sancti Andreae Lacus Murium inter et Nacum occurrit mihi primum ad an. 1171. Infra num. 100.

16. Asianum, Asiano, locus in Lagarensi prope Bruntonicum, de quo lis inter duos episcopos, Veronensem scilicet, et Tridentinum exorta, et ad Ioannem VIII delata. Geminae super hoc eiusdem Ioannis literae habentur in Labbei To. 9 Conciliorum. Ita Marchio de Dionisiis in Topogr. Veronen. pag. 48 allegans Hieron. Tartarottum, qui pag. 49 delle *Memorie antiche* ait, quod la Contrada nominata tuttora Asiano, ne' rotoli Asianum, *nella campagna di Fadano, villaggio sommerso interamente nel 1648 vicino a Brentonico, probabilmente sarà la villa Asiana, di cui parla Giovanni VIII intendendo per Villa non un villaggio, ma una tenuta, o possessione con casa.* Ceterum Bonellus meus *Asianae Villae* nomine intelligendam *probabilius* censet Asionam, seu *Vicum Asionam*, vulgo *Sona*, Veronensis agri antiquissimum, situmque ad Athesis dexteram, Monument. Trid. vol. IV, pag. 16 aut *Avianam Villam*, idest Avium ibi Vol. 4, pag. 43 prout Avium intellexit etiam Pantaleon Bortius Tridentinus. Lis viguit anno Christi 881, fuitque *de quibusdam rebus Asianae Villae*, actitata in Concilio Ticinensi.

17. Aqua Sacra cum ecclesia Sancti Nicolai in Valle Lagari memorata fuit an. 1309. Est inter Alam, et Vadum Avii.

18. Baioccum, castellum e regione Rovereti in regia via, qua Tridento in Italiam itur ad dexteram Athesi flumine inter illud et Roveretum, quod ad sinistram est labente situm, tormentis prius verberatum deditioe ad arbitrium facta in potestatem suam redegerunt Maximiliani primi copiae. Sic ad literam Franciscus Guicciardinus Hist. Lib. 7, ad an. 1508. Nullam ego aliam eius mentionem hactenus reperi. In Gallia est civitas episcopalis Bayocensis, Bayocarum, di Bayeux, in Normandia. Sed pro *Baioccum* legendum esse *Barcum* recte monet Clemens Baronius in sua *Idea* pag. 61.

19. Baldi Castrum in Muriensi agro, ubi nunc dicitur *la Contrada di Pald*, et *su al Castello da Pald*, fuit super colliculum inter Thiernum, atque Brentonicum, ad sinistram Thierno Brentonicum tendentium, fere quingentis a Thierno passibus distans¹⁷. Anno 1217 dictum est *Castrum Paldum Plebatus Murii*. In charta saeculi XIV mediantis *Castrum de Paldo*. In alia an. 1376 *Dossum de Paldo supra Villam de Tierno Plebatus Murii*: sed cur nescio in eadem charta nominatur etiam *Dossum Baldi in Plebatu Murii citra Ravazonum versus Pradaliam*. In alia vetustiori, scilicet an. 1339 appellatur *Castrum Paudi Plebatus Murii*. De *Castro Baldo* Paduani territorii ad an. 1405 videri possunt Annales Estenses Iacobi de Delayto apud Ludovicum Antonium Muratorium To. 9 Scrpt. Rer. Ital. col. 1029. Muriense dicitur *Paldum* etiam in tabula an. 1440. In alia an. 1374 occurrunt *Villae Tierni, Besagni, Paldi, et Sani in Plebatu de Murio*. In alia de anno 1357 fit mentio *Castribaldi*.

20. Baldi Mons, *Monte Baldo*, et *Montebaldo*, inferiorem, atque occiduam Lagarinae Vallis partem suis radicibus attingens, ita describitur a Fratre Andrea Vigna

¹⁷ Anno 1253 vixit *Federicus de Paldo* vir inter nobiles computatus.

sacerdote Ordinis s. Ioannis Hierosolymitani in opella, cui titulus: *Istoria della Madonna della Corona posta in Monte Baldo*, edita an. 1668, pag. 17 ac seq. “*Monte Baldo* sta nel territorio Veronese, distante dalla città ventiquattro miglia, la di cui altezza ascende circa quindi miglia. A Levante gli bagna le piante il fiume Adige: al Ponente il Lago di Garda. Da settentrione si congiunge co’ monti del Tirolo. Onde il Panvinio lo chiama parte delle montagne di Trento. Dall’austro termina nelle pianure del Veronese. Ha per ogni parte ville, casali sino a mezzo di esso, più alto è reso dai venti, e dalle nevi inabitabile. Abbonda di grassi pascoli per nodrire infinità d’armenti: ha terreni fertili di biade, e boscaglie grandissime: abbonda di cacciagione d’ogni sorte, e per fine è celebratissimo dagli scrittori per la quantità, e qualità de’ semplici, che alla sommità produce, onde da lontanissime parti concorrono erbaruoli a raccoglierne”. Hactenus Vigna. In quodam testamento scripto Tridenti anno 1339 comparent ceu testes Frater Martinus Sacerdos, et Fr. Bartholomaeus conversus *de Sancta Maria de Monte Baldo*, quos Ioannes Baptista Blancolinus Lib. 4 Eccles. Veron. pag. 837 putat forsan habitasse apud ecclesiam vetustam S. Mariae Nivosae, quae prout accepit, una cum coenobii vestigiis extat versus terram Avii. Celebre apud nostrates est sanctuarium Coronense, de quo supra; sed illuc Rhodio transmigrasse marmoreum beatissimae Virginis simulacrum tantummodo an. 1522, posteaque inibi extractum fuisse sacellum, notat laudatus Vigna. Idem fabrefactum an. 1432 sumptibus Ludovici de Castrobarco certum est. Praedictus Mons a Nicolao Comneno Papadopoli Paduano in Historia gymnasii Patavini To. 4, pag. 310, appellatur *Mons Ubaldi*: ab aliis autem *Mons Poeninus*, de quo novissime marchio Ioannes Iacobus de Dionysiis canonicus Veronensis lucubravit ac edidit libellum praenotatum: *De Alpibus, Monte, et valle Poenina, quam Policellam, et Valpolisella* alii nominant. Item *Mons Paltennatis*, ac italice *Il Monte della Val Paltenna* inscribitur. *Poeninus* dicitur quilibet mons ceteris eminentior, *Baldus* vero superbus. Unde Lagarinis quandoquidem obiicitur, quod portendant *l’aria di Montebaldo*. Alius est *Mons Apenninus* Italiam ab Alpibus maritimis dividens, excelsus maxime inter agrum Parmensem et Lucensem. Ioannes Pona Veronensis pharmacopola scriptor XVI saeculi opus doctum edidit sub tit. *Il Montebaldo*, recusum Basileae an. 1608 et Venetiis an. 1617.

21. Barbarola, pagus aliquis fuisse videtur intra fines Avolanensis paroeciae situs, etsi nunc ubinam fuerit, me latet. Certe in testamento nobilis militis domini Guillelmi quondam domini Azonis de Castrobarco Vallis Lagarianae, scripto anno 1319 indictione 2, die lunae tertio decimo intrante augusto, in Castro *Lutzanae*, seu *Licianae*, sic legere est: “Item relinquo nobili militi domino Aldrigo filio quondam domini Friderici de Castrobarco, olim fratris mei, Castrum *Lutzanae*, cum tota eius castellatia, *Perticam Vallarsae*, *Perticam Terragnoli*, et *Perticam Barbarollae* etc. Castrum *Beseni*, et Castrum *Lapidis*, inter *Besenum* et *Avolanum*, et *Montaneam Folgariae*”. In quadam vero charta an. 1389 occurrit *Ser Ordanus quondam Alberti de Barbarola plebis de Avolano habitator Tridenti*. Pariter in charta an. 1405 habetur: *Pertica Terragnoli, et Pertica Barbarollae, et decima Villae de Marco*. Anno 1476 vixit Petrus a Ponte quondam Iordani de Barbarolla habitator *Viguli Vatarii*. Et anno 1343 fuit *in terra Rovredi Bertoldus q. Michaelis de Barbarola*.

22. Bassianum, pagus paroeciae Villensis, cuius situs ignotus mihi est. *Bassianum sub castellania Castelbarchi* memoratum reperi ad an. 1339. *Basseanum Plebis Lagari*, nunc Villensis, ad an. 1376. *Basianum* ad an. 1340. *Basilanum* vero chartae an. 1217

interpretatum animadverti pro *Bisenello*, de quo infra num. 26. Exstat *Bassanum* Vicentinae dioecesis oppidum typis Remondinianis celebre, quod etiam *Bassianum* nominatum offendi. Exstat insuper *Bassianum* Latii oppidum, patria illius Aldi Pii Manutii, qui primus ex clarissimis Manutiis typographum Venetiis habuit, scriptisque illustris obiit an. 1516. In charta an. 1339 memoratur simul *Pomarolum*, et *Basianum*.

23. Besagnum, *Besagno*, pagus Muriensis parochiae in monte Brentonicum versus, et Crusanum situs, ac supra Thiernum. Italice ab Spergesio dicitur *Bisagno*. Latine autem *Besagnum* in charta an. 1341, 1374, et 1472, immo et in vetustiori an. 1188. Ibi est ecclesia sancti Zenonis Veronensis, quam quidam Ioannes presbyter aedificari fecit *probabilissimamente prima del secolo decimo, e forse nel settimo, ovvero ottavo secolo*, prout monet Iacobus Antonius Tartarottus Roboretanus *nelle Iscrizioni antiche della Valle Lagarina* num. 4, ubi subiungit, quod monumentum huiusmodi *servirà sempre di non picciol fregio alla Villa di Besagno, potendo per tal mezzo mostrare della sua chiesa antichità anteriore a tutte le altre della Valle Lagarina, quantunque, com'è credibile, più recente di molte*. Antiquitatem praefatam ipse, Paulo etiam Galeardo Brixiensi canonico, et scriptore illustri, qui tunc scilicet an. 1736 Roboreti diebus aliquot egit, probante, derivavit *dal linguaggio, dalle abbreviature, e dalla forma de' caratteri, che sono romani dell'iscrizione, che si trova nella chiesa di s. Zenone di Besagno, parrocchia di Mori*. Etiam in Liguria, seu Genuensi Republica est pagus dictus *Bisagno*, ac *Besagno*, cum fluvio cognomine. Item *Bisano*, latine *Trifernum*, oppidum, et mons Aprutii. An. 1341 vixit *Hendricus quondam Prandini de Besagno*, In Clerologio trid. an. 1789 dicitur *Bisagnum*. In alio an. 1793 *Bisanum*, et *Bisianum*. In tertio anni 1803 *Bisagnum*.

24. Bellunum, pagus parochialis ad Athesis dexteram inter Avium, et Clusam, cuius mentio in tabula Spergesiana, non vero in Dionisiana, Memoratur insuper ab Ioanne Antonio Magino paduano in Tabula Italiae 31, Territorium Tridentinum exhibente, ceu situs inter Avium, Mamam, et Clusam Veronensem. Eiusdem nominis habetur civitas episcopalis dicta *Cividal di Belluno* in ditone Veneta montana, Feltrensi dioecesi contermina. Ceterum *Villa Belluni* est episcopalis Veronensis, cuius fines temporales constituti sunt ad Aquam, seu Rivum Belluni pertinentem ad Tridentinum principatum. Istud Bellunum mihi occurrit ad an. 1340 immo etiam ad an. 1014.

25. Besenum, *Beseno*, locus editus in Besenellensi parochia, inque Fulgariae faucibus. Castrum habet etiamnum magnificum, feudi, ut aiunt iure spectans ad Comites Trappios Oenipontanos, qui se se idcirco appellant *barones Beseni*, illudque ab ecclesia Tridentina acceptum recognoscunt. *Beseno* dicitur ab Spergesio, et ab aliis *Bisino* autem a Magino. *Besenum* pariter dictus est in Tridentinis tabulis an. 1171, 1172, 1191, ac *Bisinum* ad an. 1187. *Bizinum* ad an. 1215. *Pisenum* saeculo XIV. *Bisenum* in tabula anni 1460 a Gerardo de Roo pag. 377 Historiae Austriacae¹⁸. *Besenum* ab Iano Pyrrho Pincio historiographo Tridentinorum. Olim fuit dominorum Castrobarcensium, deditque an. 1188 ecclesiae Tridentinae illustrem episcopum, dein monachum, *Conradum de Beseno* appellatum¹⁹. De eodem *castro Beseno* investitus fuit ab episcopo Tridentino an. 1307 dominus Willhelmus de Castrobarco. Anno 1436 dominus Marcabrunus de Castrobarco: sic et anno 1447 ab alio episcopo. Anno 1460 die veneris ante dominicam

¹⁸ *Bisenum* an. 1490. *Pisein* a Matthaeo Seuttero seniore augustano geographo caesareo.

¹⁹ Anno 1223 fuit praetor Tarvisii Odoricus Bessenus ex Ughello Coleti To. 5, col. 540.

Laetare²⁰ Sigismundus Austriae Dux, qui anno 1470 ipsum resignavit Tridentino antistiti, ut de ipso investiret dominum Iacobum Troppium, qui reapse investituram obtinuit an. 1490 forsán prioris confirmativam. De Venetis passim dicunt Lagarini, quod ipsum diu frustra obsederint, et discessuri pronunciarint:

*Sett'anni ghe sem stai,
e sett'anni ghe starem,
e no chiapperem Castel Besem.*

Ministri iustitiae criminalis, et civilis huius dynastiae resident Calliani. Anno 1396 dictum est *Castrum Besseni plebatus S. Mariae de Avolano*. Marianus pag. 578 nominat *Castel Biseno nella Val di Lagaro*. Vid. infra 312.

26. Besenellum, ac Bisinellum, pagus parochialis ad sinistram Athesis, inter Callianum, et excelsum Scanuclae monte. Tamquam matricem singulis annis recognoscit ecclesiam Avolanensem. Reperi appellatum *Bisinellum* an. 1502, *Besenellum* an. 1515, *Pisanellum* an. 1546, *Besenello* ab Spergesio. Titulus ipsius ecclesiae parochialis est Sancta Agatha virgo et martyr. Est in iurisdictione Trappiana Castri Beseni. In Clerologio Trid. 1803 dicitur *Bisinellum*. Sic et in aliis 1789, 1793.

Bastianellum est unus ex vicis Vallis Arsiae.

Balli alter est eiusdem Vallis vicus, nullius extra ipsam nominis.

Brotii, Brozzi, vicus alter ibidem.

Bruni alter ibidem vicus.

Bechaecheum Norillii anno 1571.

Beccachetum, Beccaché, vicus est Oriliensium in Roboretana parochia: de quo Statuta Roboret. seu Taxa officialium Statutis, addita est charta an. 1571.

Buscum, *il Bosco*, alter oriliensis agri vicus. De quo ad an. 1571.

Et alibi sunt eiusdem nominis loca, seu pagi. Sanctus Pius quintus pontifex ex Ordine Fratrum Praedicatorum, natus dicitur in *oppido Insubriae dioecsis Dertonensis, quod Boschum vocant*. In Gallia est Boscobellum, in Belgio *Boscum Ducis*, vulgo *Bosleduc*, et *Bolduc*. In parochia Civizanensi supra Tridentum est vicus dictus *il Bosco*, in quo agnomen accepisse puto gentem *Boscheriorum* inibi clarentem.

Balteri, alius Oriliensium vicus, unde forsán Roboretum concesserunt Balteri, seu Walteri sic agnominati. In Statuto Roboretano *li Balteri*.

Baisii, *Baisi*, vicus Terragnolensium, cuius meminit Maginus, ac Statutum Praeturae Roboretanae.

Bisellius Mons, *il Bisele*, cuius meminit Spergesius, est in territorio Lavaronitano.

²⁰ *21 marzo.

Bisortius Mons, *il Bisort*, cuius pariter memoriam facit Spergesius, ad terragnolitanos pertinet. Sic *Befort* oppidum Alsatie dicitur *Befortium* a Baudrando.

27. Barcum, *Barco*, castrum olim percelebre situm in monte supra Clusolas, unde suam derivavit denominationem illustrissima gens dominorum, dein baronum, ac tandem Comitum de Castrobarco appellata, nunc Mediolani potissimum clarescens. Prior eiusdem castrum ac insimul gentis mentio mihi nota est ad an. 1142 quo vixit, et inter nobiliores germanos locum habuit *Engilbero de Chostelwarch, seu Castrobarco*. Ad fabulas relegatur illud quod de Friderico Castrobarcensi adseritur, nempe, quod anno 1178 electus fuerit Bohemorum rex, sed dein regno privatus, et procul abire compulsus una cum *Hulich* sua uxore, ista Castrum Barcum excitavit, et condiderit, a quo Brianus eius filius, ac reliqui descendentes nominati fuerint *de Castrobarco*. Anno 1493 claruit baro Georgius de Castrobarco. Anno 1644 baro, dein Comes Carolus de Castrobarco fuit canonicus, ac postea praepositus Salisburgensis, tandemque Chiemensis episcopus ad an. 1697. Insuper an. 1712 Comes Ioannes Baptista de Castrobarco fuit vice gubernator Ducatus Mantuani. Anno 1166 *illi de Castrobarco fuerunt amici, et collegae domini Gundibaldi quondam domini Adelprechi, reguli Castrum Persines, sive perginensis*²¹. Anno 1181 vixit, fuitque in loco de Pergene quidam nobilis Aldericus de Castrobarco, amicus Odelrici de Pergene. Pariter an. 1189 inter nobiles Tridentinos fuit computatus *Aldrigetus de Castelbarco*, ille ipse qui anno 1177 sacrilega manu, lanceaque transverberavit sanctum Adelpreto II Tridentinorum episcopum et principem in Lagarina regione Avolanum inter et Roboretum²². Idem in charta etiam anni 1191 tridenti scripta nuncupatur *Aldrigetus de Castelbarco*. Anno 1198 claruit Brianus f.q. domini *Aldrigeti de Castrobarco*. Sed haec satis de viris huiusmodi. Praefati castrum rudera nunc tantum visuntur, cuius meminit in sua tabula Spergesius, et in sua Ioannes Baptista Homannus Norimbergensis, Ioannes Antonius Maginus, et alii. In Brixiana dioecesi viginti milliaribus ab urbe distans est pagus parochialis dictus *Barcum*. In paroecia quoque Albianensi Tridentinae dioecesis duo sunt vici, quorum alter *Barcum superius, Barcum inferius* alter appellantur. *Castrumbarcum in plebatu de Lagaro* memoratum reperi etiam ad an. 1374. *Vestigia Castrum-Barci iacent ad medium Montis recta sursum Villam Clusolarum, et sunt valde ampla, et vasta*. Ita Iacobus Pandinus an. 1694.

28. Bórcola, mons est silvosus Terragnolitanorum versus fines Vicentini episcopatus. In eo viam stravit celebris Eugenius princeps Sabaudus in Italiam cum suis copiis industrie descensus. Eandem viam peregi et ego Paduam pergens anno 1745 die 19 aprilis. Ipsius meminit in sua tabula Spergesius. Est inter Terragnolum, et Posnam. Prima domus, quae post Terragnolum occurrit dicitur *il Taicel*.

Buscum obscurum, *Bosco Scuro*, mons Vallarsiae, ab Spergesio memoratus, ac latine *Silva densa* potius nominandus.

²¹ *Ex falso documento perginensi cuius auctor fuit Simon Petrus Bartolomei in saeculo XVIII..

²² *Sed cfr. Rogger Iginio, *Vita, morte e miracoli del beato Adelpreto (1156-1172), nella narrazione dell'agiografo Bartolomeo da Trento*, in *Studi Trentini di Scienze Storiche* 56 (1977) 331-395, specialmente alle pagine 361-365.

29. Brancafora, penultima producta²³, pagus parochialis Paduanae dioecesis, principatusque Tridentini, ad laevam Astici, ultra Fulgaridam in Pedemonte. Ibi ecclesiam dedicavit quidam antistes, qui postea fuit Papa. Eiusdem pagi memores sunt Marianus pag. 535, Maginus, et Spergesius, fuitque parochus anno 1767 Carolus Iosephus Pruner Tridentinus poeta, in Tirolensi Biblioheca laudandus. In charta Tridenti die ultimo ianuarii an. 1276 occurrit *Covalus iacens inter Hospitale de Lavarono, et Hospitale de Brancafure*. Nunc ab anno 1785 est dioecesis Tridentinae²⁴.

30. Busae Nucellanorum, *le Buse di Nocellari*, vicus Fulgariae apud Nucellarios. Eiusdem meminit Spergesius, fuitque patria Hippolyti Graserii Provincia huius nostrae Vigilianae filii, pietate, muneribus, ac libris editis clari, qui frequentiori vocabulo se se *di Nocellari*, et *di Folgaria* nominavit, et obiit hic Tridenti anno 1765 die 13 octobris. In Clerologiis Tridentinis nulla est *Busarum* mentio: bene vero *Curati Nucellariorum*.

31. Burgettum, *Borghetto*, pagus parochiae Aviensis, ultimus principatus Tridentini versus fines Veneto-Veronenses, ad Athesis laevam, etsi Maginus ad dexteram illum collocet²⁵. Memoratur etiam ab Spergesio, atque a Matthaeo Seuttero, a quo scribitur *Borgetto*, nec non in pluribus itinerariis, nominatim in praenotato: *Viaggi per diverse parti del Mondo*, recuso Bononiae an. 1750, ex quo duos alios eiusdem nominis pagos in Italia existere palam est, nempe alterum inter Utricolos, et Civitatem Castellanam: alterum inter Sarzanam, et Genuam²⁶. Etiam Michael Antonius Baudrandus parisinus in Additionibus ad Lexicon geographicum Patris Philippi Ferrarii parte altera verbo *B.* habet: *Il Borghetto, Ad Decimum, oppidulum Italiae. In territorio quoque Laudensi est aliud Burgettum. Nostrum Burghetum plebis Avii occurrit in tabula anni 1203. Idem Burgetum nominatur in alia an. 1340. Celebre olim fuit hospitale Fratrum Cruciferorum Sancti Leonardi de Burgeto, seu de Sarno apud Burgettum, etiam an. 1571, cuius reditus, qua eiusdem loci Prior titularis, percipit nunc eminentissimus princeps Christophorus Migatius Tridentinus, cardinalis, et archiepiscopus Viennensis. Tredecim miliaribus a Roboreto distat. A Marchione Maffeio etiam dicitur *il Borghetto* vicus hic noster L. 6 Ver. Illustr. col. m. 139. Michi placet scribere sine articulo *il*, quia nomen est substantivum. Ita pariter scribit Baronius Saccensis dicens: *tra Borghetto, ed Ala. Et sino a Borghetto*. In Clerologiis Trid. 1789, 1793 ac 1803 est *Rector Burghetti*.*

32. Bordinus Mons, pro cuius possessione inter se se litigarunt Murienses, ac Naceni anno 1171. Videsis Sancti Adelprei episcopi ac principis Tridentini sententiam apud nostrum Bonellum Vol. 2, num. 39, pag. 452. Huiusmodi mons est versus Brentonicum, diciturque nunc *Monte Bordina*. Pro quo *Monte Bordinae* litigarunt etiam an. 1342 homines de Nacu et Turbulis contra homines Gardumii, Murii, Tierni, et Brentonici.

33. Brancolinum, *Brancolino*²⁷, vicus est Maranum inter et Villam, e regione Roboreti, a quo tribus passum millibus italicis distat, inque via imperiali, et dextera

²³ *Apice vel accentu distinctus (=Brancafòra).

²⁴ *Anno 1964 rediit sub iurisdictione dioecesis paduanae.

²⁵ In serie parochiarum dioecesis Veronensis an. 1774 est *Borghetto d'Avio*, distans Verona 26 P.M. et habens habitatores 382.

²⁶ Porta maior civitatis Hispelli in Umbria dicitur *la Porta di Borgo*.

²⁷ Brancolini nulla occurrit mentio in Clerologiis Tridentinis.

fluvii Athesis ripa situs. Numerat solummodo centum circiter homines ipsum incolentes, quos *Cives Brancolini* appellare placuit claro iurisconsulto Ioanni Sebastiano de Vespignanis Imolensi, olim Roboreti semel iterumque Praetori, in sui votis decisivis voto 57 edit. Bonon. 1741. Eiusdem loci, cuius memoria penes me antiquior est ad an. 1201, meminere geographi Ioannes Antonius Maginus Paduanus, Antonius Clusolus Roboretanus, et Iosephus Antonius Spergesius, nunc baro, Oenipontanus. Ager, qui ipsum ambit, amoenus est, ac fertilis. Unicam habet sacram aedem sub Sanctae Mariae nuncupatione, quae ad Patres Minores Conventuales Sancti Patris nostri Francisci pertinet, recenseturque a Michaelae Angelo Mariano in *Trento* pag. 577 inter Lagarinarum elegantiores. Porro Brancolines in temporalibus parent Vicariis Comitum Lodronensium: in spiritualibus autem parochia Hiseriensi. Anno 1671 fuit canonicus Tridenti quidam David Alfonsus Brancolinus, natione Italus, De praefata ecclesia, et adnexo coenobio dixi in Relatione secunda ad P. Generalem num. 1 et seqq. necnon in Notitia ecclesiarum num. 271, 925.

34. Brentinum, *Brentino*, pagus Veronensis episcopatus, ad Athesis dexteram inter Avium, et Bellunum et Clusam, cuius nulla mentio apud Maginum. Ad Athesis dexteram collocatur in tabula Spergesiana, necnon in tabula Dionysiana sculpta anno 1758 sub titulo: *Veteris, et Medii Aevi Veronensis agri Topographia*, ubi dicitur *Brentinum*; in expositione autem eiusdem tabulae adseritur ad laevam Athesis hoc addito brevissimo commentario: *Brentinm, Brentin, in Valle Lagarina antiquissimus locus ad Athesis laevam, de quo Ptolomaeus*, nempe Claudius Ptolomaeus Alexandrinus Aegyptius, aevi sui praecipuus geographus, astrologus, et mathematicus qui saeculo Christi secundo circa an. 140 floruit. Ab Andrea Vigna situs dicitur *alle radici di Monte Baldo, sotto la Madonna della Corona*. Anno 1239 inter magnates Veronenses fuit *Zacola de Brentino cum Turisendo de Ussenico*.

35. Brentonicum, *Brentonico*, et *Brentonego*, praecipuus quatuor Vicariatuum locus, seu pagus, in monte Murium inter, et Avium situs, episcopo Tridentino in temporalibus, Veronensi autem in spiritualibus parens. Ibi residet eorumdem Vicariatuum praefectus, seu capitaneus, et commissarius generalis; suntque plures familiae nobilitate pollentes. *Plebem de Brentonico cum capellis, et decimis* ad episcopatum Veronae pertinentem reperi ad an. 1145. Vetustior charta Tridentina per me visa, quae mentionem eius faciat, et anni 1214. Ceterum memoratur a Paulo Diacono, Magino, Spergesio, Hieronymo Tartarotto, Gasparo Beretto Benedictino, Ioanne Iacobo marchione de Dionysiis canonico Veronensi, Philippo Ferrario, Wolfgango Latio et aliis. Castrum eius dictum est De Dosso maiori ab antiquis ad an. 1230. In eodem loco, patria sua, fuit archipresbyter an. 1693 ille Quintilius Balista, qui edidit opus morale inscriptum: *Balystationes balistante Balista*. Philippus Ferrarius in suo Lexico parte secunda posuit: *Brentonego. Vide Brentoni*. Item *Brentoni, Brentonicum, pagus Venetiae*, nunc addo ego, Tirolensis Provinciae. Porro *Brentonicum* nomen est potius territorii, quam singularis pagi, etsi praecipuo eiusdem loco frequentius attribuat. Unde sub *Paludis* nomine occurrit locus ubi parochialis ecclesia sancti Petri sita est: ubi etiam sedes capitanei, et forum iustitiae. Qui capitaneus est Brentonici dicitur *Capitano in Brentonico*: et qui Brentonicum petit, ire adseritur in *Brentonico*, non a *Brentonico*. Hinc etiam in charta an. 1339 memoratur *Castrum Paludi iacens in Brentonico*. Laudatus Dionysius in tabula sua scripsit *Brentonicum*; in expositione autem eius *Bruntonicum*. Plura congerit, ut persuadeat, ab Anonymo

Ravennatensi, nempe a Guidone presbytero Ravennate, auctore saeculi noni, edito a Placido Porcherone, scriptum fuisse non *Brentonicum*, sed *Brinctiniam*: itemque falsum esse lectionem eidem Guidoni attributam: Trintinniam, vel *Trincto Iniam*, legendum autem *Brintinniam*, seu *Brintinnicam*. De qua lectione satis hoc pro nunc esto. Brentonicenses a conterminis dicuntur *Bretegani*, pro *Brentonegani*. Vide infra num. 68, 283, 293, 301. Philippus Ferrarius habet: Brentonicum, *Brentoni*, Laz. pagus Venetiae, ad Athesim fulivium inter Veronam, et Tridentum occurrens, Brentonego Italis, a Roboreto opp. 6 mil. pass. in Austrum, Veronam versus 30. Canonici Tridentini habent unam *praebendam Brentonici*.

36. Badabiones, locus Vallis Lagarinae antiquis tantum notus. In codicillo Notherii Veronensis episcopi scripto Veronae dei 15 novembris an. 828 ac edito a marchione Ioanne Iacobo de Dionysiis canonico Veronensi in Collectanea diplomatum post dissertationem de duobus episcopis Aldone et Notingo edit. Veron. 1758, pag. 103 et seqq. legere est: “Decanias meas proprias, quam habeo in iudicaria Summa Laganense; in locis et fundis *Bruguzio*, *Belveno*, et *Bundo* cum censores etc. Et Curte mea propria quem habeo in Comitatu Tridentino in *Lagarense*, ubi dicitur *Badabiones* cum capella ibidem constructa ad honorem Sanctae Mariae Virginis, cum omnibus pertinentiis earum, et de quantum habeo de res meas in *Liciana*, et *Marco*, sive et in *Sarnes*, cum silvis et pratis, et vineis, et duas massaricias in *Ursanico*, una quae etc. Et servos meos comanentes in praedicto Comitatu Tridentino locus ubi dicitur *Sacco* deserviant etc. Ut pro omnique anno laborent vineas meas in praedicto loco *Badabiones* cum etc.”. Hieronymus Tartarottus in memoriis antiquis pag. 22, *Badabionum nomine* venire ait *indubitatamente* vicum Iudicariae Randenensis dictum *Vadaione*; sed Bonellus noster vol. 2, pag. 45 non vanis argumentis id negat. Hoc indicasse satis. Ab aliis praefatus codicillus scriptus adseritur an. 927. Alius autem relatus ab Ughello To. 5, col. 733, edit. Colet. pariter scriptus an. 928, mense februario nominat: Omnia bona quae habet in fundis Crugasio, Bellano, et Brendo in Valle Laganensi, ut Bernardus episcopus Tridentinus usufructuario nomine habet, et gaudet omnia bona sua existentia in Laganensi in finibus Tridentinis, ubi dicitur *Badabiones*, et quidquid habet in *Liciana*. Haec ibi; quibus addo, quod in Bulla Papae Alexandri tertii canonicis Veronensibus directa calendis maii an. 1117 sub datum Ferrariae, atque L. 2 Eccles. Veron. pag. 539, ac seqq. a Ioanne Baptista Blacolino evulgata, dictis canonicis confirmantur plures iurisdictiones, quas inter pag. 540 numerantur: *In Comitatu Tridentino Bergusium, Bundo, Bulbeno, Badamiones cum capella, Silvam etiam, quae dicitur Budaugnano, et Palatium cum Porta sancti Zenonis* etc. In diplomate Ottonis II romanorum imperatoris dato Veronae die 12 iunii an. 983 apud Ughellum col. m. 746, lego: *Badabones* pro *Badabiones*. In alio Conradi II imperatoris de an. 1027, ibi col. 753, *Curte, quae dicitur Badabiones posita in Tridentino Comitatu*. Sic etiam in alio Henrici II, al. III imp. de an. 1047. Exscriptoribus tribuendae sunt tot variantes lectiones. Pro *Silvam*, quae dicitur *Budaugnano*, ego puto legendum *Silvam, quae dicitur Varignana*, quia hodie quoque in Valle Lagarina est *Silva Varignana*. In eadem Valle apud Alam est locus dictus *Palazzi*, qui forsitan fuit *Palatium*, quo de supra, vel *Palatium* itinerarii Antoniniani.

37. Carpineta, *Carpeneda*, vicus Montis Fulgariensis, de quo Spergesius in sua tabula.

38. Campus Silvanus, *Campo Silvano*, et *Campsilvano*, unus ex praecipuis Vallarsiae vicus, ultimus Tridentinae dioecesis versus Vicentiam. Constat circiter quinque supra triginta incolarum familiis, quas inter Stophellarum potiores habentur. Huiusmodi regionis vici appellantur *Contratae*. Spergesius etiam memorat *Campo Silvano*, Maginus *Campo Silvano* tab. 22²⁸.

39. Coelius mons, *Cei*, est Cimonium inter, et Castellatum, estque ibi notabilis lacus. Habetur insuper sacellum, ubi aestivo tempore sacrificia celebrantur pro armentorum, pecudumque custodibus. Memoratur idem *Cei* mons, ab Spergesio, in eoque fui et ego aliquando. Qui adit ipsum, ire dicitur *in Cei*.

40. Cimonium, *Cimone*, mons supra Aldenum a meridie habens Castellatum, et a septentrione Carnigam. Vici eiusdem nominantur Cubalum, *il Covel*, Petra, *la Pietra*, Petrolii, *li Pedroli*, Butii, *i Buzzi*, Cimonarii, *li Cimoneri*, *gli Spagnoli*, Fritii, *i Frizzi*, *Fenestella*, *la Costa*, *Postal*, *Sangiorgio*, qui omnes sub unius Cimonii nomine comprehenduntur. Ultimus habet tantummodo veterem S. Georgii aedem, olim Aldensium, et Cimonitanorum curatum, cum curati habitaculo. Prior seu *Cubalum*, est praecipuus. Ibi sunt circiter triginta hominum familiae, sedes curati, et ecclesia curata S. Rochi hoc ipso nostro saeculo erecta. Notabiles pariter sunt tres alii Petrae, Cimonariorum, et Costae. Cimonii habitatores reperi appellatos Cimonarios ad an. 1601. Antiquior memoria, quam hactenus inveni, est in charta an. 1255 qua Egnus episcopus Tridentinus contulit Mutam Pontis Athicis de Tridento cuidam *Udalrico de Ponte, filio quondam Adelpreti de Cimono*. In alia an. 1307 Bartholomaeus ibidem trid. episcopus eandem mutam confirmavit *domino Martino f.q. domini Udalrici de Ponte nati quondam Adelpreti de Cimono civi Trid. Cymonum* occurrit mihi ad an. 1407. *Cimonium* vero scribere consuevit colendissimus patruus, et baptista meus, eiusdemque loci ab an. 1734 usque ad an. 1744 curatus Aldrigetus Thovatus Avolanensis, apud quem inibi priores vitae meae annos transegi. Duo tantum templa sunt in eadem Cimonii monte, Georgianum scilicet, ac Rochanum. Subsunt iurisdictioni archipresbyteri Villani, seu Villae Lagarinae. In temporalibus etiam parent Cimonitae Lagarinis, idest Vicario Comitum Lodroniorum Nogareti sedem iudiciale habenti²⁹. In literis membraneis Papae Pauli quinti datis Romae kalendis septembris 1609 legi clarissime de Aldeno, et Timora, pro de Aldeno, et Cimono.

41. Cesuinum, *Cesovino*, et *Cesoino*, vicus montanus secus castrum Barcum, ad Athesis dexteram, in parochia Pomarolitana. In charta an. 1436 dicitur *Cisoinum plebatus Lagari*. In alia an. 1472 *Cesuinum*. In alia vetustiori, nempe an. 1340 *Zesowinum*. In diocesi Brixiana est pagus parochialis *Cesovum* dictus, tredecim miliaribus a Brixia distans.

42. Carniga, *Garniga*, mons pluribus vicis refertus, et altus, ab oriente in planitie habens Aldeni pagum, a meridie Cimonium, ab occidente autem, et aquilone alios praeruptos montes ligniferos. Vitibus caret, subestque in temporalibus Nogaretano Comitum Lodroniorum Vicario: in spiritualibus autem regitur per curatum parochi Sanctae Mariae e Magdalenae Tridenti suffraganeum. In huiusmodi monte non est

²⁸ In Clerologio trid. 1789 est *Capellanus Expositus Campi Silvani*. In alio 1793 *Campisilvani*, et in alio 1803 *Campi Silvani*.

²⁹ In Ephemeribus trid. num. 54 anni 1799 est *Cimone Giurisdizione di Castellano*.

notabilis adscensus, aut descensus. Sunt circiter sexaginta hominum foci, seu familiae. Dividitur in duas partes, quarum altera, ubi ecclesia curata sancti Oswaldi, nuncupatur *Garniga nuova*: altera vero, quae occidentalis, et ab hominum consortio remotior est, habetque circiter 20 focos, seu familiae, vel 15 circiter, ut ab aliis accepi, sine ulla ecclesia, vel capella, *Garniga vecchia* dicitur. Spergesius quoque notat in sua tabula utramque *Garniga vecchia*, et *Garniga nova*. In aliis tabulis reperi *Garnigam* ab an. 1333, 1350, et 1377. *Carnigam* ad an. 1452. *Garnigam veterem*, et *Garnigam novam* ad an. 1333, ac 1472, et 1508. Montaneam *Garnigae veclae*, atque *Garnigae novae* ad an. 1333. Recte igitur dici posset *Vetero-Garniga*, et *Neo-Garniga*, quemadmodum dicitur *Vetero-Praga*, et *Neo-Praga*. Item *Neocaesarea*, *Neoclaudiopolis*, *Neocomum*, *Neoburgum*, *Neocastrum*, *Neoforum*. Scribitur autem *Garniga*, et *Carniga* sicut *Gaspar*, et *Caspar*, *Gallipolis*, et *Callipolis*, *Gambolatum*, et *Cambolatum*, *Gaffarum*, et *Caffarum*, In Gallia Narbonensi apud civitatem Alesiam est villa, seu pagus *Garriga* dictus.

43. Callianum, *Calliano*, *Caliano*, et *Cagliano*, pagus illustris ad laevam Athesis, Muratium inter, et Castrum Petrae, sub ditione Castri Beseni, ac regimine parochi Besenellensis, a cuius sede non multum distat. Duas habet ecclesias, quarum praecipua Sancti Levitae Laurentii nomine insignita est, et paucis ab hinc annis augustissimum Eucharistiae Sacramentum diu noctuque adservat; altera vero Sancti Sebastiani titulo gaudet. In priori tempore Quadragesimae conciones habet...; in hebdomada ille ipse qui Avolani, et Besenelli praedicat. *Calliano* dicitur Terra grossa ab Antonio Clusolo. Vicum *Callianum*, *Venetorum clade celebrem* adseruit Franciscus Guicciardinus florentinus ad an. 1508. *Callianum vicum* Pincius L. 5, de Vitis Pontificum Trid. fol. 33, col. 2. *Calliani* eiusdem meminit Gerardus de Roo Batavus in sua Historia austriaca. Item Statutum Tridentinae civitatis L. 1, c. 107. Libellus, qui Tridenti singulis annis editur sub titulo: *L'indovino inglese di Guglielmo Haanemann*; ad diem quippe decimum augusti notatur: *Questa mattina l'Ill.mo Magistrato consolare si porta in Corpo alla visita della chiesa di S. Lorenzo de' PP. Domenicani, ove fa cantare Messa, e ciò in memoria della vittoria riportata da' Trentini sotto Cagliano l'anno 1487*. Supple 10 augusti. Etiam Michael Angelus Marianus in Trento pag. 296 ait, quod *al Calliano seguì general conflitto, e sanguinoso*. Eiusdem *Caliani* mentionem faciunt Ioannes Antonius Maginus, et alii, necnon tabulae Tridentinae an. 1212, 1340, 1461 etc. Scribitur passim et *Calliano*, et *il Calliano*, *da Calliano*, et *dal Calliano*. Patria fuit Ioannis Baptistae Cameli, qui annis quinquaginta egit Roboretanae civitatis archipresbyter, resignavitque an. 1714 in favorem Balthassaris Martini callianensis, qui laudabiliter admodum suo munere functus est usque ad obitum, idest ad diem 6 maii 1735. Natales insuper dedit alteri Ioanni Baptisate Camelo, qui fuit insignis iurisconsultus, et assessor Vallium Anauniacae ac Solitanae an. 1617. Item scriptoribus Iuliano, et Laurentio Foreriis. Ibi meis diebus ante an. 1750 a fundamentis excitavit magnum aedificium, Filatorium appellatum, dominus Valentinus Salvatorius ditissimus mercator Tridentinus, idemque piissimus elemosynarius, qui pluribus annis ante obitum suum vitam egit Calliani, et clausit die undecima augusti 1768. Eundem pagum intersecat Via imperialis. In folio Tridentino, cui tit. *Giornale, e lunario* ab an. 1771 notatur: *Mercato di grano tutti li lunedì e venerdì dell'anno in Caliano*. Insuper *Fiera d'animali in Caliano* pluries. Sic pariter et in Diario, cui tit. *L'indovino inglese*. Porro notatu dignum heic censeo, quod exstat *Callianum*, aliis *Calianum* parva Provincialium civitas in Gallia. Item *Galiano* pagus Insubriae apud Canturium. *Galliano* pagus

Etruriae in agro Mugellano Florentinae dioecesis³⁰. *Gallianum* pagus dioecesis Foroliviensis. *Galianum* pagus agri Comensis, ille ipse forsitan qui apud Canturium dictus *Gagliano* pagus dioecesis Messanensis in Sicilia uni Comiti parens. *Gagliano nuovo* pagus Piceni, seu Marchiae Anconitanae. *Galiani Castrum* in dioecesi Valvensis. Colliano pagus dioecesis Compsanae in Terra Laboris, seu Regno neapolitano. Litera C. saepe locum implet literae G³¹. Sic verbi gratia scriptum reperitur *Caspar* et *Gaspar*. *Gastigo*, et *Castigo*, *Gioglione* pagus agri bergomensis pro Co.³² *Garniga*, et *Carniga*. *Gangrena*, et *Cancrena*. *Gallipolis*, et *Callipolis*³³. De Callianensi portu dictum supra verbo *Athesis* num. 16. In quadam relatione iurium episcopatus Ecclesiae Tridentinae scripta circa an. 1340³⁴ sub tit. *Primo in plebatu de Avolano*, dicitur: *Aqua de Caliano cum molendinis et segis, et aliis aedificiis, et Vadum de Caliano est episcopi Tridentini... De molendino, et uno folono in Aqua Caliani scripta est imbreviatura in quaterno sub 1231*. Huiusmodi Aqua ex Fulgaria descendens, vulgo appellatur *la Roza del Calliano*; est inter Callianum, et Castrum Petrae, transiturque ope longi, alti, et lapidei pontis. Matthaeus Seutterus Augustanus geographus caesareus in sua tabula *Dominii Veneti et adiacentium Ducatum Mediol. Mant. Mut. Mirand. Parm. Placent.* sculpta per E. Matthaeum Seutterum iuniorum an. 1729 pro *Calliano* habet *Gallian*. Bertondellus in *Hist. Felt.* pag. 168 ait: *Al Calliano, villa famosa per la guerra de gli anni passati, videlicet Roberti Sanseverinatis.*

44. *Crista*, *Gresta*, locus cum Castro³⁵, sic appellatus, quia vertice Montis Gardunansis situs. In Glossario enim Caroli Cangii *Cresta*, et *Crista* significare dicitur verticem montis. Caput est insignis iurisdictionis ad Castro Arcenses Comites pertinentis. Anno 1684 die 29 augusti Simon Rigottus de Murio, Vicarius *Grestae* attestatus est, quod in eadem iurisdictione *Grestae* tunc numerabantur centum et quinquaginta familiae tantum. Eodem anno 1684 die 3 novembris Camillus Thomazolus archipresbyter Muriensis, scripsit ac retulit, in iurisdictione *Grestae* tunc fuisse animas circiter octingentas, ibique celebrari quotidie octo circiter Missas. Circa medium sextidecimi saeculi pars notabilis praefati Castri passa est incendium. Pariter anno 1703 incensum fuit a militibus Gallis. In citata relatione iurium episcopatus Trid. habetur: *Castrum Nomesinum, et Gresta sunt feuda antiqua episcopi Trid. et per alienationem devoluta sunt ad episcopum trid. et eius ecclesiam Tridentinam. De Castro Nomesini, et Grestae est instrumentum scriptum tempore D. Henrici episcopi Trid. pro bono pacis, manu Barifaldi notarii sub 1280*. Ambrosius Francus Arcensis in sua *Historia Tridentina* commemorationem ingerens praedictae iurisdictionis, ipsam appellat *Ditionem Cristae*. Quapropter ne quis putet ex eadem *Crista* fuisse illum *Fratrem Petrum de Crista* Ordinis Minorum, qui anno 1263 cum tribus aliis eiusdem Ordinis Fratribus, ab Urbano quarto Papa missus fuit Apocrisarius, seu Legatus ad Michaelum Paleologum Graecorum imperatorem, heic animadverto, quod etiam in Gallia est locus dictus *Crista*: siquidem F. Bartholomaeus Pisanus Conformit. undecima, part. 2.

³⁰ Callianum Montis Ferrati.

³¹ Antiqui pro G. semper C. scribebant. Calepinus verbo *Juncus*.

³² *Id est *Coglione*.

³³ Anno 1796 apud Callianum fuit magnus conflictus Gallos inter et Germanos diebus 5-7 novembris cum Gallorum coede etc.

³⁴ *Copia in Tovazzi, *Recensio iuridica focorum vallis Lagarinae qui anni 1339 subiecti erant Vicario temporali Nicolai episcopi Tridentini*. in *Miscellanea*, Trento, Biblioteca San Bernardino MS 8, pp. 54 e segg.

³⁵ *Cresta*, castello fortissimo. Rizonius ad an. 1508, et Zagata ad an. 1507.

enumerans *Loca*, idest coenobia Fratrum Minorum Provinciae Burgundiae, Custodiaeque Viennensis, recenset *Locum Cristae*. His addo, quod fuerit an. 1444 episcopus Augustae Praetoriae in Pedemontio quidam *Iacobinus de Christa de Donice*: quodque laudati conlegati exstiterint, ut puto ego, natione galli, quum dicti fuerint F. Simon de *Alvernia*, F. Petrus de *Moras*, et F. Bonifacius de *Iporia, seu Iporegia*. Videsis nostrum Lucam Waddingum ad an. 1263 num. 1 et seqq. ac Ferdinandum Ughellum To. 4 Italiae Sacare col. m. 1101³⁶. Pro *Crista*, vel *Cresta*, sive *Gresta* scriptum reperi Agresta in charta an. 1388. Cresta, et a Petro Bembo *montanum* oppidum *Agresta*, et *Agresto* scripsit eundem locum et historicus Franciscus Guicciardinus. Anno 1652 vixerunt Carolus, et Franciscus fratres *barones de Gresta*, qui etiam se se tantummodo *barones Castribarci* scripsere. Nunc se se *dominos Grestae* appellant illustrissimi Comites Castrobarcenses Mediolani ceteroquin residentes. *Dossum*, quod *Gresta* vocatur in *plebatu Garduni*, occurrit in charta Gerardi episcopi Trid. an. 1225 scripta. Iacobus Tartarottus scribit *Cresta*. Charta an. 1289 *Castrum Grestae*. Anno 1531 vixit *Nicolaus dominus Castrum Grestae* (Vide infra 299) dictus etiam nob. *Nicolaus de Agresta* apud Dominicum Ursayam To. 8, Discept. 29, part. 2.

45. Castellatum, *Castellano*, pagus cum arce, in excelso monte supra Villam Lagarinam, sub ditione Comitum Lodroniorum, cum curato Villani archipresbyteri suffraganeo³⁷. Prima eius mentio apud me est an. 1339, quo recensita fuit *Gastaldia Castellani in Valle Lagari*. Iterum eius memoriam reperi ad an. 1350, et 1362. Ad annum autem 1469 *Gulielmum quondam Ognabeni Manegae de Castellano*. In Bibliotheca Tirolensi laudavi Laurentium Parvulum, seu Piccolum de Castellano presbyterum poetam ad an. 1578, et nostrum Anicetum Manicam de Castellano pariter scriptorem. Ex alio loco fuit ille scriptor, qui a Martino Navarro Operum omnium To. 4 Miscell. 1, et 19, dictus est Fr. Albertus de Castellano Ordinis Praedicatorum. Hic potius de Castello appellandus. Reperi et *Castellanum* pagum Brixianorum, non parochialem, nisi sit *Castegnatum*. Castellani nostri meminit Maginus. Andreas de *Castellano* Hispanus scriptor Ordinis Minorum Conv. an. 1644 laudatus a Sianda, debet dici *de Castellana* ex regno Neapolitano, teste nostro Suaresio.

46. Cazanum, *Cazano*, vicus Montis Brentonicensis, cuius meminit Spergesius³⁸. Exstat et *Cazanum* pagus Veronensium ad fluvium Tromeniam, vulgo *Tromegna*. Insuper *Cazanum*, dictum etiam *Casanum* urbs Tartarorum in regno moscovitico, Cazanensis regni praecipua. Enniae autem in Athesia clarescunt barones Cazani, dicti *de Cazan in Griesfeld*, origine flemmani. *Cazani* Vallis Lagarinae an. 1737 mentionem fecit in suis votis etiam Ioannes Sebastianus Vespignanus Imolensis, Praetor Roboreti. Videis infra n. 76 Fadanum. Est et Cazanum agri brixianensis ex charta Robor. 1571.

47. Cubalum Incudinis, *il Covelo d'Incudine*, et *il Covolo d'Incudine*, sic ab Spergesio appellatum video subtus Borculam Terragnolitanam; bisque ab eodem auctore nominatur, nempe ceu ager, et vicus. Gerardus Mercator Flander in suo Atlante

³⁶ Vosgenius gallus in Dictionario geograph. portatili habet: *Creste, Crista*, pic. città di Francia nel Delfinato. Dein *Creste Abazia di Francia de' Cisterciensi nella diocesi di Lingres*. Calepinus meus: *Crestidium, seu Crista* Arnaldi, civitas Delphinatus.

³⁷ Anno 1534 vixit *Misser Castellano de' Castellani* poeta, et scriptor florentinus.

³⁸ Fui Cazani in Brentonico et ego anno 1755. Est *Cazanum* diocesis bononiensis locus parochialis hominum 900 et amplius.

ait, quod haud procul ab urbe Vicentia sunt duae lapidicinae *in monte, qui Cornelius latinis, vulgo Covelo*.

48. Castellio, *Castiglione*, ac frequentius *Castione*, pagus Muriensium in clivo versus Brentonicum ab occidente habens Sanum. Ibi sunt lapidicae altaria, et alia ecclesiastica ornamenta ex lapide conficientes. Ex eodem loco fuit ille *Mauronto de Castellionem, seu Castellione*, qui die 26 februarii 845 interfuit placito Lotharii primi Romanorum imperatoris habito Tridenti, atque vulgato a cl. viro Ludovico Antonio Muratorio To. 2 *Antiquitatum Italiae medii aevi* col. 971. *Castellio* dictus est etiam an. 1340. *Castignorum* an. 1446. et *Castionum* an. 1405, et 1472. Idem appellatus est *Castrum Leonum* anno 1211 quo Brianus de Castrobarco promisit Friderico episcopo Tridentino *destruere domum suam muratam de Castro Leono, posteaquam aliam aedificasset apud ecclesiam Brentonici in ora Paludis in Villa Brentonici*. Ex eodem Castellione procul dubio non fuit, sed ex Aretino ille *sapiens vir dominus Cynus de Castellione*, qui fuit iurisperitus, regis Bohemiae consiliarius, iudex et Vicarius in temporalibus Tridenti annis 1338, 1339, et 1340. Eiusdem nominis plures occurrunt pagi extra Tirolim nostram, nempe, *Castellio Stiverorum*, Castiglione, dioecesis Brixianae, locus parochialis, et patria divi Aloysii Gonzagae, *Castellio* alius prope Mantuam, *Castellio* agri Bergomensis, alius *Castellio*, vel *Castilio* agri Aretini, *Castellio Piscariae* in Etruria, *Castellio*, vulgo *Castillon*, triplex Galliae oppidum, immo quadruplex ad Duranium, ad Lupiam, ad Matronam, ad Sequanam. Pater Flaminius de Parma Ord. Min. Observ. To. 1 *delle Memorie istoriche della Provincia di Bologna* pag. 125 inquit: “Castel Leone, detto volgarmente *Castione*, situato al settentrione del Borgo S. Donnino, e distante miglia 4 da Bussetto”. Thomas vero Acetus Calaber in notis ad libros Gabrielis Barrii *de Antiquitate ac situ Calabriae*, ait pag. 104: *Castionum*, vulgo *Castiglione*, pagus Calabriae. Baudrandus et *Castellio*, et *Castilio* scribit. Sic et alii. Muriensium reperi nominatum *Castiglione* in quodam libro choralis eiusdem loci an. 1755. A Magino dicitur *Castione* tabula 22, et 31. Ferrarius *Castrum Stiliconis* oppidum Ducatus Mediolanensis nominat *Castion*. Romedius Antonius Galliciolus doctor Trid. in suo Scopatore Parnassi nostrum pagum appellat *Castiglione*, qui paret quidem parochus Muriensi in spiritualibus, sed in temporalibus capitaneo Brentonici, estque pars illius communitatis³⁹.

49. Crusanum, *Crosano*, Spergesio autem *Crociano*, pagus Brentonicensium, Besagno proximus, quem appellavit *Crusanum Vallis Lagarinae* an. 1737 Ioannes Sebastianus de Vespignanis clarus Roboreti Praetor, in suis votis decisivis Bononiae an. 1741 excusis⁴⁰. In quadam charta an. 1338 reperi *Villam Corsini in Brentonico*, sed puto legendum *Crosani*. Christophorus Ottus in sua Historia nova pag. 277 oppidum germanice dictum Kreicenach, appellat *Crucinacum*, et Ferrarius *Cruciniacum*. Baudrandus *Crosno* urbem Poloniae, atque *Crossen* urbem Germaniae, nominat *Crosanam*, et *Crossam*. Porro Crusani fere prima sua studia fecerunt apud sacerdotem quemdam duo illustres doctique viri nunc viventes Franciscus Riccabona Cavalesiensis archipersbyter, et Petrus Marcianus de Villa Lagarina; de quibus in mea Bibliotheca

³⁹ In Clerologio Tridentino anni 1789 verbo *Murium* dicitur *Castionum*. Sic pariter in necrologio Tridentino an. 1793 et an. 1803.

⁴⁰ Berengarius rex Italiae anno 915 dedit diploma ecclesiae bergomensi *Actum in Curte Cruciano*. Videsis Ughellum To. 4, col. 430. In Clerologio trid. an. 1789 et 1798 dicitur *Crosanum*, et in Necrologio anni 1803 *Crucianum*.

Tirolensi. In agro brentonicensi est lapicidina marmoris varii vulgo *mischio*, elegantibus pulchrisque ornati coloribus, quo columnae, epystilia, et arcus parantur, teste Ioanne Iacobo Spada in catalogo marmorum Veronensium pag. 72, edit. 2 Ven. 1744.

50. Clusolae⁴¹, *Chiusole*, pagus modicus ad Athesis dexteram sub Castri Barci ruderibus, inter Numium, et Pomarolum, cum unico S. Rochi templo novo, sine curato. *Clusole* appellatum reperi ad an. 1198, 1329, 1392, et 1472, necnon ab Antonio Clusolo, ab Spergesio, et aliis. In Clerologio Trid. an. 1789, 1792, ac 1803 occurrunt presbyteri *Clusolarum*. Ceterum Baudrandus verbo *Flandria* inter *Flandriae* urbes praecipuas recenset *Clausulae*, Slucs, gallis l'Ecluse, in *ditione Hollandorum*. Noster pagus subest archipresbytero Villensi, et iudici Nogaretano, deditque nomenclaturam pluribus, iisdemque nobilibus familiis *Clusolorum*, nedum ibi, sed etiam Tridenti, Roboreti, et alibi commorantibus. Patria insuper fuit Marci Azonis de Clusolis, quem in Bibliotheca Tirolensi laudandum relinquo. Ab angustia loci sic appellatus videtur. Habet vadum, seu portum Athesis non otiosum. Eius incolae dici poterunt vel Clusolenses, vel Clusolitae, aut Clusolitani, vel Clausolitani. In charta an. 1339 legi *Clusolae sub castellantia Castelbarchi*. In alia an. 1472 *Villa de Clusolis*. Anno 1595 floruit historiarum scriptor Ioannes Boterus Benensis, seu Benariensis Pedemontanus, dictus Abbas s. Michaelis *de Clausula*: et an. 1392 *Marcus filius ser Alberti de Clusolis Vallis Lagarinae publicus imperiali auctoritate notarius*.

51. Chizola, *la Chizzola*, pagus ad dexteram Athesis, intra Muriensis paroeciae limites, interque ipsum Murium, et Pilcantum. In charta an. 1339 praeter alia recensentur tria Castra *Avi*, *S. Iorii*, et *Cruzolae*. In alia charta an. 1340 nominatur *Clozola*⁴². His Addo, quod anno 1497 fuit archipresbyter Condinensis in Iudicaria Maiori quidam Matthaeus *de Chizolis* civis Brixienis, et post Bernardinum de Duzelis, fuit eiusdem loci archipresbyter an. 1539 Ioannes Baptista *Chizola* canonicus Brixienis: et anno 1250 fuit canonicus Brixienis quidam Martinus Kizola⁴³. Iacobus Tartarottus inscript. 6 commemorat castrum S. Georgii supra *Chizolam*, et Turres Serravallis, atque *Chizolae*. Praedicti castrum *de Sancto Georgio* exstat mentio ad an. 1218. Supersunt eiusdem vestigia supra Chizolam in monte inter ipsam Chizolam, et Castrum Aviense. A Magino, et ab indigenis appellatur *San Iori*. Ad an. 1340 occurrit *Terra de la Clozola plebatus Murii, cum Turris, et Fortalitiis*. A moderno Muriensium archipresbytero Floriano Morando appellatur *la Chizzola*, o sia *Chiusola*, sive Clusa parva. An. 1734 fuit archidiaconus et Vicarius Generalis Brixiae Leander Chizzola.

52. Cherlius, *Cherle*, Mons Vallarsiae, de quo Spergesius, qui commemorat etiam *Campum grossum*, et *Campum brunum* eiusdem Vallis.

53. Citerna, Oriliensium vicus, de quo Taxa officialium Praeturae Roboretanae. In Umbria est Citerna cum coenobio minoritico ad an. 1390, ubi miracula fecit vivens Sanctus Pater Noster Franciscus.

54. Campus Longus, *Campolongo*, alius eorumdem Oriliensium vicus inibi commemoratus. Plures sunt in orbe terrarum huiusce nominis pagi. Ausuganum referam

⁴¹ Videsis infra num. 191.

⁴² Iacob. Pamdinus commemorat Villas *Chizzolae, et Castioni in Vicariatu Brentonici* an. 1694.

⁴³ Maginus Tab. 8 habet *Chiusola*.

in Topographia Tirolensi. Germanice dici poterit *Langfeld*, quo titulo se se nominavit nostris novissimis diebus Caietanus baro Piamarta Roboretanus.

55. Costa, pariter Oriliensis montis vicus, et alter Cimoniensis inter Fenestellas, et Celium: et tertius Fulgariae.

56. Cantonium, agri Orimliensis vicus.

57. Caum, Cao, Terragnolitanorum vicus. In Peloponneso est mons dictus Chaum. Vicus noster dicitur Cao, quia in capite, seu extremitate loci.

58. Castrum Novum, *Castelnuovo*, arx Comitum Lodroniorum in parochia Villensi, non longe a Brancolino, ad Athesis dexteram, cuius mentionem reperi ad an. 1189, ac 1208. Subsistit etiam hodie caput *iurisdictionis Castrum Novi dictae*⁴⁴. In Ausugio inferiori est pagus parochialis *Castrum novi*, et alibi plura sunt eiusdem nominis oppida. Illustres olim fuerunt domini de Castronovo Lagarino, et Ausugano. Michael de Castronovo fuit canonicus, et Vicarius Generalis Tridenti an. 1338.

59. Castrum Cornu, *Castel Corno*, et *Castelcorno*, est arx in alto monte ad dexteram Athesis supra Iseriam, olim feudum, ut aiunt iurisperiti, Comitum de Liechtenstein Tirolensium, nunc autem ab ecclesia Tridentina redemptum. Dat nomen iurisdictioni Castrum Cornu, sive Hiseriensis. Anno 1251 vixerunt *Gompo, et Senebaldus fratres de Castro Cornu*. Anno 1314 occurrit mihi *Castrum Corni in plebatu Morii*. Idem an. 1255 dictum fuit *Castelcornum*. Eiusdem *Castrum Cornu*, et *Castrum Corni* loquuntur tabulae an. 1234, 1242, et 1252, et 1340 ceu existentis *in plebatu de Lagaro*. In charta an. 1218 est *Castelcornum*. Pincius in Vitis Pontif. Trid. Lib. 5, fol. 32, col. 2 inquit: *Castrum Cornu est in abrupta et altissima rupe appositum, quod laeva ab Italia ad urbem iter facienti se se arduum attollit, et longe venientibus verticem ostentat*⁴⁵.

60. Castrum de la Curte in plebatu Murii destructum fuit per dominos CastroArcenses ante an. 1340. Situm fuit super collem parvum ad pedes Montis Baldi inter Murium et Opulum ad laevam tendentium in occidentem, in loco, qui nunc dicitur *al Castello sotto la Corte*.

61. Castrum Petrae, Castrum Prataliae, Castrum Lizanae, Castrum Penede, Castrum Numii, et alia Castra vide suis nominibus, scilicet Petra, Pratalia etc.

62. Castelbarcum sic dictum occurrit ad an. 1193. Dictis supra num. 27 verbo *Barcum*, addo Heliam Capreolum in sua Historia Brixiana Lib.8, pag. 134 haec referre:

⁴⁴ An. 1234 Aldricus episcopus Tridentinus sanxit, totalem destructionem Castrum novi Lagarini.

⁴⁵ Anno 1471 indictione 4, nobilis vir Anzelinus quondam nobilis viri ser Ioannis Plotner dictus est olim *capitaneus Castrum Corni Vallis Lagarinae*.- Eiusdem loci meminit poeta Nicolaus Archius L. 2, Num. 6 dicens: *et noctua culmine Corni nocte sedens dirum importuna voce canebat*. – Bartholomaeus Caepolla I.C. Veronensis defunctus an. 1477 consilio 59 *Castra Cornu, et Nomi appellat Castra fortissima*, dicitque recuperata per Georgium episcopum Trid. Ait quod dictum Castrum Cornu dominus Ioannes, et dominus Thomasius fratres de Castro Barcho pignoraverunt D. Annae de Nogarolis eorum matri pro duobus millibus Ducatis pro dote sua: et ipsa domina Anna ipsum postea tradidit, et pignoravit Alexandro episcopo Tridentino Georgii praedecessori, qui tenuit dictum Castrum per plures annos, et postea fuit spoliatus a dictis Ioanne, ac Thomasio de Castro Barcho.

Giovanni Re di Boemia circa il 1330 per quindici mila scudi diede in pegno ai nobili di Castelbarco la Riviera di Garda, Val Tenese, Boarno, e Gavardo. Anno 1339 occurrit Turris Castrobarchi, et decima de Castrobarcho.

63. Clinisium, pagus Gardunensium sic dictus ad annum 1470. In charta vero anni 1339 appellatur *Clanissium plebis Garduni*. Vulgo dicitur *Chianiss*, et *Chieniss*. A Magino autem *Chiavi* tab. 31. Anno 1339 habuit 40 focos Vicario temporali episcopi Trid. subiectos. Omnes nunc sunt circ. 100.

64. Corgnanum, alter pagus *plebis Garduni* appellatus an. 1339. Ad an. 1472 dicitur Cormanum. Anno 1339 habuit 23 focos Vicario temporali Nicolai episcopi Trid. subiectos.

65. Camarasius, rivus notabilis Muriensium in Athesim se se exonerans, cuius mentio ad an. 1350, et 1472. Exit a Lacu S. Andreae.

66. Castrunculi Castrum in charta an. 1405 situm dicitur *penes Burgum Terrae Rovredi*. In alia an 1340 nominatur *Casteliunclum* e novo aedificatum in plebatu de Lizana. In alia an. 1416 *Castrum Iunkh*, ac *Suburbium in Rofredo*. in alia an. 1525 *Castrum Castelgunkuli in Burgo Roveredi*. Michael Angelus Marianus in *Trento* pag. 578 ait: *Li Castelli, che si tengono in Val di Lagaro*, tra in piedi, e diruti, sono: *Castel di Rovereto, Castel Beseno* etc. Ipsum Roboreti Castrum pag. 574 nominat *antico, e forte sopra d'un colle, che domina liberamente*.

67. Castrum Vetus fuit in parochia Muriensi; etenim charta an. 1376 commemorat *Dossum Castris Veteris positum in capite Lacus Sancti Andreae in plebatu de Murio sub Montanea Garduni*. Eiusdem *Castris Veteris* ceu adhuc superstitis mentionem facit alia charta an. 1242.

68. Castrum de Dosso Maiori in plebatu⁴⁶ de Brentonico memoratur ad an. 1340. Quidam vir nobilis dictus *Muso de Dosso* fuit Tridenti an. 1183. Idem Musus de Dosso fuit Arci an. 1194. Iterum Tridenti an. 1212. Anno 1235 vixit Tridenti *Zachaeus de Dosso* vir nobilis. An. 1241 *Odolricus de Dosso*. In charta Tridentina an. 1307 nominantur *domini de Brentonico seu Dosso Maiori*. In alia an. 1472 *Castrum Dossi Maioris*. Nunc istud nomen eidem Castro amplius non adhaeret. Marianus in *Trento* pag. 578 nihil habet de *Castro Dossi Maioris* ubi recenset castra Lagarina etiam diruta, sed tantummodo *il Castel di Brentonico* nominat. In charta an. 1343 *Dossus* fit generis masculini.

69. Fons Rebusii inter Allam et Marcum adseritur ad an. 1343. Forsan est vicus an. 1214 dictus *Rivum Busum*, nunc *Sancta Margarita*.

70. Fulgarida, *Folgaria*, mons pluribus vicis refertus, ad laevam Athesis, ab oriente habens Lavaronium, a meridie Terraneolum, et ab occidente Castrum Besenum, cum parochia Avolanensis archipersbyteri suffraganeo. Eius incolae germanico idiomate ut plurimum loquuntur⁴⁷. Fulgaridam scripsit Ambrosius Francus, cum aliis. Idipsum habet

⁴⁶ Vide infra num. 280.

⁴⁷ *Mons Fulgariae Vallis Lagarinae* an. 1544. *Fulgaria* 1483.

inscriptio quaedam in Avolanensi ecclesia s. Mariae, nec non tabulae Tridentinae an. 1210, 1389, 1390, 1402. *Wolgarida* vero ad an. 1464. *Folgoria* an. 1440, scilicet soror Margarita de Folgoria monialis Tridenti. Sed etiam *Fulgaria* reperitur. Unde olim legi, quod Ioannes quondam domini Bertoldi *de Fulgaria episcopatus Tridentini* anno 1390 fuerit habitator civitatis Veronae⁴⁸. Anno 1440 eadem *Fulgarida venit in potestatem Venetorum, qui eam ipso anno insignibus privilegiis donaverunt*, et Praetori Veneto Roboreti subdiderunt. Ab an. 1509 usque ad an. 1519 paruit eidem Roboretano Praetori, sed ab imperatoribus Austriacis constituto. Nunc paret Comitibus Trappiis ecclesiae Tridentinae vassallis. Bollandistae To. 3 iunii pag. 532 agunt de Beato Philippo Fulgariensi Ordinis Eremitarum B. Petri de Pisis. Alter venerabilis Petrus Rella de Fulgaria eiusdem Ordinis obiit Tarvisii die 27 aprilis 1634. Etiam noster colendissimus, deque me optime meritus P. Hippolytus Graserius, scriptor sacer, se se Fulgariensem appellare solitus fuit. De eadem infra dicam alia plura, Deo tempus largiente, ac vitam. Hisce scriptis addendum censeo, quod Pater Frater Ioannes Baptista Saianellus in suis Historicis monumentis Ordinis S. Hieronymi Congregationis B. Petri de Pisis, editis Venetiis an. 1738 in 4^o, Libro primo capite 16 laudat solum B. *Philippum de Fulgaria*, et cap. 22 solum *Ven. Fr. Petrum de Fulgaria*. Dicit *Philippum* ab anonymo quodam cognominatum fuisse Larcherum, de quo tamen ipse dubitat; subdens eius imagines ante centum quadraginta annos radiis circum ornatas conspici in pluribus sui Ordinis monasteriis. Ex quo infero, ipsum decessisse ante an. 1600. Antiquior eiusdem laudator, et beatificator fuit Ioannes Petrus Crescentius ad an. 1648. Plura, et certiora Saianellus refert de V. F. Petro. Hic filius fuit Andreae Rellae, ac anonymae Larcherae. Natus est an. 1558. Capellam Fulgariensem s. Mariae Gratiarum erexit an. 1588. Monumentum adiecit an. 1610 quod alibi retuli. Fuit laicus conversus. Fulgariae habitatores passim dicuntur *Folgaraiti*, et *Folgheraiti*, pen. cor. latine dici possent *Fulgaridani*, aut *Fulgaritani*, sicut Samariae habitatores dicuntur *Samaritani*. Vide infra num. 246. Fulgaridanis suis manibus fabricant ex lignis, ac portant suis humeris ad Lagarinos, et Tridentinos varia utensilia, nempe *Scale*, *Congiali*, *Mastelle*, *Rastelli*, *Cucchiari*, *Minestradori*⁴⁹.

71. Foppianum, *Foppiano*, vicus Licianensis paroeciae, in monte versus Vallem Arsiam, cuius communitatis pars est. Memoratur ab Antonio Clusolo in Mundi antiquo et moderno edit. Ven. 1739, et in multis chartis anni 1571. Aliud *Foppianum* est in Insubria Mediolanensi alpina, teste Magino.

72. Fontani, villa sic dicta Fulgariensium, *Fontani* etiam ab Spergesio appellata. Sanctus Bernardus abbas natus est *Fontanis* in Burgundia.

⁴⁸ Blancolinus Hist. Veron. inter familias civitatis Veronae muneribus notas recenset *i Folgari* ab an. 1405 usque ad an. 1452. – In Diario patavino anni 1781 in Serie locorum, ad quae pergunt postae patavinae est etiam *Fulgeria*, sic italice dicta. – Anno 1389 vixit Bonafides molendinarius monialium monasterii sancti Michaelis de Tridento quondam Zambrici de Folgerida.

⁴⁹ Anno 1581 Iacobus f.q. Laurentii Marangoni de Fulgaria Thienis habitator, vendidit Leonardo fratri suo omnem suam hereditatem paternam, et maternam existentem in Fulgaria. Ab eo descendente puto illum Ioannem Marangonum vicentinum, qui fuit canonicus Anagninus, et obiit Romae an. 1753 libris editis clarus. Item ille dominus Iosephus Marangonus vicentinus, qui composuit Tragediam *Il Trionfo di Giuditta*, quam hoc mense aprili diebus 15, 22, et 29 exhibent gardulani anno 1804.

73. Furni, *i Forni*, vicus ab Spergesio memoratus in Monte ultra Fulgariam versus Vicentinum territorium, cuius pars est. In charta an. 1470 Perginensi est honorabilis vir ser Vinciguerra de Ceris a Furnis Vincentini districtus habitator Perzini.

74. Fuxi, vernaculis quoque, ac Spergesio *i Fuxi*, vicus Vallarsiae.

75. Follasium, *Follass*, vicus ad dexteram Atheis intra limites nunc parochiae hiserensis. Ad an. 1472 dictus est *Volasium* inter Villam de Iseria, et Castrum Cornu. Ad annum autem 1216 *Follasium*⁵⁰. Vide infra num. 267.

76. Fadanum, *Fadano*, pagus Brentonico proximus, quem anno 1648. Sorna torrens omnino submersit, ac destruxit, teste inscriptione rudi inibi posita, prout refert Hieronmus Tartarottus in *Memoriis antiquis* pag. 21. *Fadanum in Brentonego* memoratum reperi ad an. 1242. Reperi et *Fazanum* ad an. 1218, sed an idem nescio. Vide supra num. 46 *Cazanum Brentonici*.

77. Sanctus Felix, *San Felice*, sic a Sancto, qui est titularis parochialis ecclesiae, dicitur Mons Gardunensis, de quo infra n. 82. Gabriel Barrius dixisset *Felicium*, aut *Sanfelicium*.

78. Fodinae Saccenses, *le Fosine di Sacco*, sunt aliquot aedes inter Saccum, et Roboretum, ubi suam artem exercent fabri ferrarii, et alii artifices. Ibi est insuper monasterium Sororum Augustinianarum recens, ac templum Sancti Remedii Anauniaci cum eremita. Monasterium suppressit Iosephus secundus cum infinitis aliis.

79. Garniga, in dextera fluvii Athesis ripa situs mons, de quo iam dictum supra num. 42.

80. Gardularum mons, *il Dosso di Gardole*, iacens inter Avolanum, et Fanum Sancti Hilarii. Hunc puto collem illum, qui dictus est *Dorsus Salamonis, qui est inter Sanctum Illarium et Avolanum*, in instrumento divisionum factarum die 23 iunii an. 1333 a dominis Castrobarcensibus, nominatim a domino Marcabruno de Castrobarco, in Burgo Roveredi Vallis Lagarinae.

81. Guardia, *la Guardia*, vicus Fulgariae versus Terragnolum, in planitie. Memoratur ab Spergesio. Eiusdem nominis duae sunt urbes episcopales, altera in Lusitania, et in Aprutio altera.

82. Gardunum, *Garduno*, mons vicatus inter Murium, et Nacum, ad septentrionem, seu ad dexteram Murio Nacum tendentium. Dictum reperi *Gardunum* ad an. 1161, 1215, 1217, 1220, 1280, 1289, 1303, 1314, 1339, 1340, 1364, 1376, 1470, 1472 et alios. *Gardumum* vero ad an. 1340, 1394, 1404 et nunc passim. Ego tamen quo ad hoc multam non adhibeo fidem exscriptoribus modernis. Reperi enim antiquum monumentum, quod exscribens quidam modernus, scripsit Gardumum, etsi autographum apertissime haberet Gardunum⁵¹. Lagarini hoc in more habent, ut pro *pan, vin, morbin, camin, cognizion, alcun, castellan, ogniben*, et similibus, dicant *pam, vim, morbim, camim, cogniziom*,

⁵⁰ Folasium Vallis Lagarinae anno 1587.

⁵¹ Vide infra num. 318.

alcum, castellam, ognibem. Unde etiam est, quod dicunt *Volam, Presam, Aldem, Bellum, Besem, Calliam, Brentim* etc. Neque a Clusolo, neque a Magino memoratum reperi. Ceterum *homines, et communitates Terrarum Garduni* occurrerunt mihi ad an. 1303. Item *dominus Iacobus de Rotenburg capitaneus Castrorum Montaneae Garduni* ad eundem annum 1303. Floruit olim gens dominorum de Garduno, quae etiam *de Dosso viridi* appellata est. Eorum ditionem Cristianam tandem obtinere barones CastrobArcenses post an. 1370. De Garduno fuit ille insignis theologus, et scriptor, Bartholomaeus Lantana, Ordinis Carmelitarum, qui Tridentino generali Concilio interfuit. Celebris olim fuit idem locus ob singulem cultum nescio cuius Sancti Felicis, cuius corpus inibi quiescit, festumque agitur die 14 augusti. Novum ei sacellum erectum fuit an. 1719. Occasione ipsius Sancti occurrit Garduni memoria penes Iacobum Schmidium, Bollandianos, Tartarottum, Bonellum, Reschium, et alios. Parochus eiusdem loci dicitur etiam a Curia episcopali *parochus Gardumi*, aut *Sancti Felicis*. Ecclesia parochialis titulum fert Sanctorum martyrum Felicis, et Fortunati. *Castrum vetus Garduni* occurrit mihi ad an. 1314. In Charta vero scripta Tridenti anno 1394 indi. 2, die mercurii 20 madii, in Castro Boni Consilii, ceu testem reperi ser Florelam quondam ser Bosii *de Garduno*, unde puto duxisse originem nobiles divites que Fedrigottos saccanses, dictos *de Bosiiis*.

Gola Fulgaridae, quam memorat charta an. 1389 dum recenset *Ianesum quondam Petri de Gola de Fulgarida habitatorem Tridenti*.

83. Grumum, *Grumo*, et *Gromo*, dicitur *sub Castellantia Castrobarchi* ad an. 1339. *Grumi Varda*, et *Dossum in plebatu Garduni* occurrit mihi ad annum 1314. Porro *Grumus* a Calepino dicitur etiam clivulus, vulgo *monticello*. Exstat *Grumum* alius vicus in dextera fluvii Athesis crepidine, ad parochiam Mariae medianam spectans, e regione Michelburgi. Aliud Grumum, oppidum Apuliae duodecim milliaribus a Bario distans, referente P. Gulielmo Gumpfenbergio pag. 427 Atlantis Mariani. Praetera sciuntur fuisse de Grumo neapolitano Nicolaus Cyrillus medicus, et scriptor illustris vita functus an. 1734 ac Ioannes Baptista Capessus, alter medicus, et scriptor pius mortuus circiter anno 1735. Grumi nunc nulla est domus, castrum autem est dirutum⁵².

84. Girardi, vicus Fulgariae ab Spergesio memoratus.

85. Geroli, et Gamperi duae villulae Terragnolanorum, quas idem Spergesius recenset.

86. Gerusia, *Gerosa*, vicus Noriliensium, de quo Statutum Roboretanae Praeturae. Alia est Gerusia in dioecesi Bergomensis. *Glerosa* Norilii anno 1571. Gerosa, locus curatialis dioecesis Bergomensis 14 P.M. a Bergamo dissitus, et 538 homines numerans anno isto 1793. Ego scripsi non *Gerosam*, sed *Gerusiam*, quia etiam *Venosa* urbs regni Neapolitani dicitur *Venusia*, la Certosa *Chartusia*, Canosa urbs Apuliae *Canusium*, et *Canusia*. Ceterum *Gerusia*, de qua Plinius Lib. 35 dicitur Senatus, seu conventus Senum. Nostra Gerusia dicta fuit *Glerosa* anno 1571.

Gresta, Castrum, de quo supra num. 12 et 14.

⁵² In *Grumo* Montis Garduni domum habuit quidam dominus Giraldus anno 1243.

87. Holanum, *Olano*, et *Volano*, de quo supra verbo *Avolanum* num. 13. Dictum fuit *Holanum* in chartis an. 1624, et 1662. Idem pagus latine dicitur *Auolanum*, et italice *Volano*, sicuti *Hispania* dicitur *Spagna*, et *Hispellum* dicitur *Spello*, et *Emerita* Merida, et *Ariminum* Rimini, et *Apulia*, Puglia. *Asparagus*, sparago, Abbatissa, Badessa.

88. Hala, de qua num. 1 verbo *Ala*, dicta est *Hala* in monumento an. 1533. In Germania sunt plures eiusdem nominis urbes, videlicet *Halla Oeniponti*, *Halla Sueviae*, *Halla Salisburgi*, *Halla Magdeburgi*. Nostra dicta est *Halla Tridenti* an. 1637. Germanicos a sale nomen habere monet Philippus Ferrarius, qui scribit et *Halla*, et *Hala*, germanice *Hall*. Roschmannus quoque patriam suam appellat *Halam*. Sic scribunt etiam hoc anno 1805 Halenses Oenipontani.

89. S. Hilarius, *Sant'Ilario*, vicus modicus in finibus Roboretanae parochiae Avolanum versus, ab antiquo Sancti Hilarii templo sic appellatus, etsi olim *Stropparolum* fuerit dictus⁵³. Uno verbo *Hilarium* dixisset Gabriel Barrius de Francica Calaber; nam Lib. 2 de Antiquitate et situ Calabriae cap. 1, sic ait: Loca, quae Sanctorum nominibus a vulgo appellantur, sine Sancti additamento scribenda, et quae duobus nominibus ab eo ipso vulgo appellantur, ut latinitas petitur, componenda censuimus. Non enim Portus, et Mons Sanctus appellandus est, aut oppidum Sanctum, quia sic ignarum vulgus appellat, etiamsi in eo alicui Sancto aedes dicata sit. Iam vero *Laurentum Latii* oppidum a Pico rege conditum, Sanctus Laurentius vocatur a vulgo etc. Haec Barrius qui claruit an. 1570. Porro vicus Sancti Hilarii Vallis Lagarinae an. 1339 numeravit novem focos subiectos episcopo principi Tridentino, tuncque singularem gastaldiam constituebat⁵⁴. Anno 1384 *vixit dominus presbyter Paxius Prior monasterii Sancti Hilarii Vallis Lagarinae*. In celebri testamento Gulielmi de Castrobarco scripto an. 1319 memoratur *Monasterium Sancti Ylarii plebatus Lutzanae, seu Lizanae*. Anno 1197 die primo mai Conradus de Beseno episcopus Tridentinus, ecclesiae, et Hospitali Sancti Ylarii de Stroparolo privilegia largitus est singularia, quae legi queunt in diplomate vulgato a meo Bonello vo. 4, pag. 40, et 41. Situm dicitur huiuscemodi Hospitale inter plebem de Lagaro, plebem de Avolano, et plebem de Lizana, tuncque in eo fuisse *leprosos, et pauperes*⁵⁵. Anno 1537 factus est Prior S. Hilarii Lagarini Albertus de Albertis canonicus, et Vicarius Generalis Tridenti, qui vixit etiam an. 1544. Cui successit Antonius Tabarellus de Fatis, huicque die 3 iulii an. 1560 baro Aliprandus Madrutius, postea decanus Tridentinus. Anno 1309 Tridenti constituta est quaedam taxa generalis super ecclesias, et Beneficia dioecesis Tridentinae; unde *Ecclesiae Sancti Hilarii Vallis Lagari* octo marcharum taxa imposita est. Opinio est vulgi, quod inibi olim fuerint Templarii, quos Clemens quintus in Viennensi Concilio an. 1312 die 3 aprilis suppressit. Sed ego nullibi eos fuisse apud Tridentinos inveni. Nunc ecclesia illa fere semper oclusa est. Visitatur die 25 aprilis ab Avolanensibus processionaliter, ut aiunt, omnibus et singulis annis. Pertinet ad nobiles Tazolos Roboreti. Adnexam habet

⁵³ Anno 1270 plebanus Lizanae fuit apud s. Hilarium.

⁵⁴ Anno 1362 *Marcolinus q. ser Nicolai de Villa Sancte Marie plebis Lizanae, syndicus, et procurator Prioris manocahorum, seu Fratrum monasterii Sancti Illarii Vallis Lagarinae*. Item publica Vicinia, sive Concio, et Regula Communis Ville Sancti Illarii.

⁵⁵ Anno 1335 occurrit *monasterium S. Illarii Vallis Lagari*. Anno 1367 vixit Marcus dictus de la Zinella habitator Tridenti in Contrata Plateae, f.q. Iohannis de S. Ilario Vallis Lagarinae dioecesis Tridentinae. Anno 1509 fuit civis Roboreti quidam Biasio de San Lario.

notabilem aedem non vestustae structurae absque ulla Hospitalis forma. Scriptum reperi etiam *Stropparollum* cum duplici *ll*, sed uno tantum *l* scribendum suadent exempla nominum similium. Etenim publicis typis scriptum animadverti *Lazarolum*, *Sirolum*, *Zagarolum*, *Tirolum*, *Riparolum*, *Pomarolum*, *Solarolum*, *Nolam*, *Polam*: Spergesius quoque nominat *S. Ilario* Avolanum inter et Roboretum. Dominicus Macrius in suo Hierolexico scribit *Stropa* cum uno tantum *p*. Anno 1367 vixit Tridenti Marcus dictus de la Zinella f. q. ser Ioannis de Sancto Hilario Vallis Lagarinae.

90. Hiseria, Isera, pagus parochialis, et caput iurisdictionis temporalis, ad dexteram Athesis, villam inter, et Ravazonium. Singularissimum producit vinum eius ager. Occurrit mihi *Lisera* ad an. 1220. *Isera Vallis Lagari* an. 1242, et 1339. *Isera plebis Lagari* anno eodem 1339, et 1412. *Yseria plebis Lagari* an. 1339. *Isera* scripsit Antonius Clusolus. *Iseria* legitur in relatione de statu ecclesiae Tridentinae data Sedi apostolicae ab episcopo Francisco Felice Comite de Albertis die 20 decembris an. 1760. *Yseria* an. 1336. *Iseria* an. 1490. *Hyseria* an. 1483. In mea manuscripta Bibliotheca Tirolensi laudavi Fr. Franciscum *de Isera* Ordinis Minorum Observantium. Parochos eius, et aliorum Tridentinae dioecesis locorum pratere, quia eos iam recensui in manuscripto Parochiali Tridentino. Eadem Hiseriam omisit Maginus in sua 31 tabula territorii Tridentini, ubi adiacentia loca recenset. Michael Angelus Marianus in *Trento* pag. 577 ait: *Vicino alla chiesa di Villa per chiese moderne in bel sito a nobil modello si fa veder quella di Brancolino, e quella d'Isera*. Eius rectorem inter parochos dioecesis Tridentinae recensuit laudatus episcopus Albertus loco citato, etsi titulus huiusmodi ei ab aliquibus denegetur, et novissime prohibitus ei fuerit a Sancta Sede. Philippus Ferrius in suo Lexico geographico verbo *Isara*, dicit *Isaram*, *l'Isera*, fluvium Galliae narbonensis apud Valentiam in Rhodanum delabi⁵⁶. Appellatur *Isara* pen. cor. etiam a poeta Lucano; gallice a Baudrando quoque *l'Isera*. Idem Ferrarius memorat etiam *Isaram*, *l'Iser*, *fluvium ex Alpibus inter Oenipontum, et Inutrium orientem, ac in Danubium fluentem*. Tertium commemorat fluvium *Isaram*, *Oyse*, *Galliae Belgicae* Iurisdictio Iseriae pertinet ad Tridentinum episcopum, qui inibi tenet Vicarium, et commissarium. Ceterum Iseria dicitur locus iurisdictionis Castri Cornu, di Castel Corno, eidem imminente, Vide infra num. 323.

91. Ifanium, cuius vestigia, et nomen apud Gerardum de Roo tantum inveni. Siquidem in sua Historia Austriaca ad an. 1488 pag. 376 edit. posthumae 1592 commeorat *Ifanium, ac Nomium Arces, inter Roboretum, et Tridentum ad dexteram Athesis in Valle Lagarina*. Ipsum nequidem in laeva parte Athesis, immo nullibi reperi. Citata vero pag. 376 intelligi nequit de Ivano Ausuganae Vallis Castro uti legenti constat. Dirutum omnino fuisse puto. Sed vide Clementem Baronium in Idea.

92. Lancima, vicus Hiseriensis paroeciae pervetustus, de quo in antecessum mum. 11 verbo *Anzima*. Il Clerologio Tridentino anni 1803, verbo *Iseria, est curatus Lencimae*.

93. Lemnus, il *Lenno*, fluvius rapidus partim ex Valla Arsiae, et partim ex Terragnolo defluens, Roboretum alluens, ac in Athesim desinens. Ligna tantum fert combustibilia, quo se se oppido utilem exhibet Tarragnolitis, ac Vallarsiensibus. Non

⁵⁶ In vita sancti Walrici abbatis apud Bollandianos To. 1 april. ad diem 1, pag. 19 est *Isera alveius, seu fluvius in Rhodanum influens*.

minus utilis est Roboretanis, quia eisdem praefata ligna subministrat, et aquam etiam ad bibendum necessariam praebet, necnon ad officinas ferrarias, sericeas, lignarias, chartarias, et huiusmodi sustinendas. Utilis pariter est Saccensibus. Pisces quoque optimos, se non multos gignit, et alit. Germanica lingua nominatur *Leymb*. Ad an. 1340 dictus est *Lenus*, scilicet *Aqua Leni in plebatu de Lizana*, quo anno habuit molendina, segas, folonos etc. Ad an. 1436 occurrit mihi *Aqua Ligni discurrens de prope Burgum Rovredi, et Villam Sachi*. Ad an. 1472 *Aqua Legni discurrens de prope Burgum Roveredi, et prope Villam Sachi in flumine Athesis*. Item *Aqua Legni usque ad pontem lapideum de Roveredo supra dictam Aquam*. In tabula anni 1270 *Lemnus plebatus Lizzanae*. Ab Anonymo Tridentino circa an. 1635 scribente nuncupatus fuit non fluvius, sed torrens. *Il torrente Lem*. Pariter a nostro Patre Archangelo Laghio de Clesio, nunc Ministro Provinciali, dictus est torrens *il Torrente Leno* in Vita Ven. Matris Ioannae Mariae Roboretanae pag. 1, edit. Trid. 1770. Marianus in Trento pag. 574 loquens *della città di Rovereto, posta come nel cuore della Valle Lagarina in sito proprio*, subdit: *È bagnata dal fiume, o torrente Lenno, che scaturendo parte da Vall'Arsa, parte da Terragnolo, dopo aver isolata la montagna di Trambeleno, unitosi al monte s. Colombano viene a scorrere fuori delle mura verso ponente, e diramasi per città con alcuni alvei*. Idem nominatur fluvius in folio edito Tridenti per Ioan. Bapt. Monaunum 1757 sub tit. *Relazione della famosissima inondazione seguita ne' primi del corrente mese di settembre*, ibi enim occurrunt *li fiumi Adige, Passaier, Eisach, Noce, Lavis Fersina, et Fersena, Sarca, Brenta, Leno, Lastego, Rabies, Olio, Maniva, Chiese, li torrenti Maso, Chieppena, e Cismone*. Nosius dicitur fluvius etiam a Patre Ioanne Gasparo Beretta in *Dissert. chorographica de Italia medii aevi*, et ab Iacobo Tartarotto, ut alios praeteream. *Sarca* itidem fluvius nominatur ab Hieronymo Tartarotto et aliis. Unde quum iisdem similis sit *Lemnus*, ipse quoque fluvii nomine dignandus videtur. Ceterum Sanctus Isidorus Hispalensis episcopus L. 13 Etymologiarum cap. 21 inquit: *Fluvius est perennis aquarum decursus... Duo sunt fluminum genera: unum torrens, alterum Vivum... Torrens est aqua veniens cum impetu, dictus Torrens, quia pluvia crescit, siccitate torrescit, idest arescit*. Celeberrimus Pater Ambrosius Calepinus verbo *Torrens*, ait: *Torrens... fluvius temporaneus, qui non de fonte, neque de viva aqua, se a pluviis concitatus de montinis descendit, et brevi temporis intervallo siccat, praesertim aetatis siccitatibus, a torreo, quia cito torrescit, idest exsiccat*. Item Calepinus verbo *Flumen* ait: *Flumen, differt a rivo, quia Rivus minor est; a Torrente quia Torrens aestate siccat*. Porro Lemni aqua copiosa est, ac perennis. Lemnum ego scribo, quia ita dictus est in charta anni 1270 ut supra notatum, et quia exstat urbs *Lemnos* in insula eiusdem nominis in Mari Aegaeo, vulgi Arcipelago, cuius populi dicuntur Lemnii. Pariter *Lemo, Lemno* o *Lenno*, insula di Grecia nel Mar Egeo. Pivato referente. Exstat insuper, Ferrario teste in Lexico parte 2, fluvius Ligniae appellatus vernacule *Lem*, latine *Lemuris*. Item *Lemno*, latine *Myrina*, urbs Lemni insulae. Praterea *Lenno*, latine *Comedia*, villa ad lacum Larium. Tandem in brixiana dioecesi tredecim millibus passuum ab urbe distans est pagus parochialis italice dictus *Leno*, prout constat mihi ex Nota alphabetica parochiarum laudatae dioecesis edita in libello annuo sub tit. *Il Sole di Brescia foglietto curioso ed istorico per l'anno 1773, in Brescia 1773 per Giambattista Bossini*, in 4° pag. 71, et ex Diario brixiano pro anno 1793 pag. 111. Praefatus Ligniae fluvius ab aliis dicitur *Lemo fiume* del Genovesato nei monti dell'Apennino, et a Salmonio *fumicello Lemo* appié del monte Apennino. Etiam rustici Lagarini pro Lenno proferunt *Lem*, ob causam supra num. 82 allatam. Dictis addo, quod

in Hispania Tarraconensi recensetur oppidum Hyspanice *Lemos*, et latine *Lemni* appellatus.

94. Lagarum, *Lagaro*, nunc Villa, pagus nobilis ad dexteram Athesis, in planitie, Pomarolum inter et Hiseriam, caputque insignis et amplae parochiae, ad quam ius praesentandi habent loci domini Comites Lodronii: unde plurimis abhinc annis archpresbyter est aliquis ex iisdem Comitibus. Modernus nomine Maximilianus Septimus Valentinus, est etiam canonicus Brixinensis. Lagarum porro dictus est anno 1154, 1190, 1191, 1196, 1198, 1200, 1210, 121, 1215, 1217, 1306, 1307, 1309, 1319, 1336, 1339, 1374, 1391, 1412. Lagari nomine intelligendam Villam Lagarinam censet etiam Hieronymus Tartarottus in Memoriis antiquis, et Vallis Lagarinae pag. 15, qui deinde pag. 28 ait: *per indubitato ho io, che questo Lagarum sia il Lagare di Paolo Diacono, luogo, che ha dato il nome di Lagarina a tutta la valle, e ch'essendo stato retto da un Conte ne' tempi de' Longobardi ,convien fosse se non città, almeno grossa Terra, o Castello*. Paulus porro Daiconus Aquileiensis, scriptor saeculi octavi, Lib. 3, de Gestis Langobardorum cap.9. ait saeculo sexto Ragilonem *Comitem Langobardorum de Lagare Anagnem* (idest Castrum Anaunum) *venisse, ac depredatum esse*. Berrettus, ac Muratorius pro de Lagare legunt *de Lacu Garde*, sed Tartarotto id non placet. Philippus quoque Cluverius legit *Gardae*. Ceterum, quod Lagarum fuerit ubi nunc est Villa ne dubitandum quidem relinquunt mihi superius allegatae tabulae. Quandonam autem coeperit nominari *Villa* necdum inveni. Prima ipsius mentio sub *Villae* nomine, quae mihi occurrit, est ad an. 1208, dein *Villa Villae plebatus Lagari* ad an. 1333. *Villa plebatus de Lagaro* ad annum 1376. Item *Villa sub Gastaldia Castelnovi* ad an. 1339, *Villa Nogareti* ad an. 1638. In placito Lothariano ad an. 845 de quo supra num. 48, occurrunt nedum *Petrus de Marcus, Lupo de Tilliarno, Martinus de Avi, Vitalis de Murius, Maurento de Castellionem, Gisempertus de Lanzimas, Brumarius de Tillaiarno*, Lagarini omnes, etiam iudice Tartarotto pag. 25, cit. operis, sed insuper *Andelbertus de Villa*, et *Petrus de Villa*. Idem Tartarottus ibi pag. 26 subdit: “Segue *Villa*, che sono in dubbio, se sia la *Villa* della Val lagarina, tra Nogareto, e Pomarolo, ovvero un'altra *Villa* nella Val di Rendena tra Iavrè, e Verdesina, non mentovata dal Magini; giacché, come poco dopo vedremo, la prima si chiamò anticamente *Lagare*, e solo ne' bassissimi tempi sembra aver acquistato il nome di *Villa*”. Ego tamen nihil dubito, quod et illi duo fuerint de *Villa Lagarina*, et addo, quod praeter *Villam* Lagarinam, et *Villam* Randenensem, in Tridentino episcopatu sunt alii pagi eiusdem nominis, videlicet *Villa* Segunsani, *Villa* Fulgariae, *Villa* Montanea, *Villa* Blegi, *Villa* Banalis, *Villa* Boni, *Villa* Cognolae, *Villa* Thioni, *Villa* Eгнаe. Fortasse Lagarum⁵⁷ fuit nomen parochiae; Villa sedis parochialis, quemadmodum de aliis parochiis dici potest, ut de Paho, Banali, Supramonte, Pineto, Cavedino, Garduno, et aliis. Eamdem *Villam Lagarinam* appellare consuevit *Villam* Lateranam ipsius parochus, praepositusque Tridentinus Carolus Fedinandus Comes Lodronius, vita functus an. 1730, ut inde suam originem romanam firmaret. Ceterum ei praelusisse videtur Ambrosius Francus Arcensis historicus saeculi sextidecimi exeuntis, quum Vallem Lagarinam nominaverit *Laderanam*, et alibi eiusdem populos dixerit *Lateranenses*. Pro nunc satis superque dicta sint. Alia forsani adiiciam

⁵⁷ Anno 1266 sindici totius Communitatis Plebis Lagari, et Villarum Lenzimae, Patoni, Folasii, Riviani, Iseriae, Marani, Brancolini, Saxi, Noarnae, Nogaredi, Villae, Pedersani, Casterllani, Cesoini, Pomaroli, Platii, Basiani, et Savignani, Clusolarum, Numii, Aldeni et Cimoni. Ergo *Lagarum* est nomen *Plebatus*, non *Villae*, quae inter *Villas* memoratur.

infra verbo *Villa* num. 241. Anno 1190 inter nobiles Tridentini principatus numeratus fuit Gislemebrtus de Lagaro, Sic et anno 1191.

95. Lagarina Vallis, *la Valle Lagarina*, et *la Val di Lagaro*, de qua dictum numero praecedenti 94. *Vallem Lagarinam* nominat etiam Ianus Pyrrhus Pincius Tridentinorum historiographus sextidecimo saeculi, et scriptores alii multi. Praeterea dicta est *Vallis Lagarina* in tabulis an. 1340, 1351, 1360, 1479, et aliis plurimis. *Vallis Lagari* in aliis. *Vallem Lagarinam* habet noster Pater Franciscus de Iseria circa an. 1600 scribens. Item *la Val dell'Ager*, *la Val d'Agri*, *la Valle Lagerina*, et *Ligarina*, *la Val di Largher*. Item *Vallis Alagarina* an. 1341, et anno 1565, *la Val de Lager*. Eius initium versus Tridentum est supra Callianum in loco, qui dicitur *il Murazzo*, quia etiamnum ibi superest pars muri Tridentinam a venate ditone seiungentis. Finis ergo est ad Clusam versus Veronam. Superior pars pertinet ad episcopum Tridentinum, inferior vero ad Veronensem. Ultimae Tridentini parochiae sunt Muriensis, et Alana. Eadem vallem appellavit saepe numero in suo Chronico Veronensi *la val de Lagri* Iacobus Rizonus scriptor saeculi quintidecimi, et subsequentis. *La Val d'Acri* Nicolaus Machiavellus Florentinus Lib. 5 suarum Historiarum edit. 1546. *Vallem Lachrymarum* Maximilianus primus Romanorum imperator in epistola data Oeniponti die ultima martii an. 1515 ad Iacobum Bannissium decanum Tridentinum, in qua sic loquitur: "Cum huic nostrae Provinciae Comitatus Tyrolis de Clausa Veronensi *Vallis Lachrymarum*, tamquam passu et propugnaculo ipsius Comitatus magna sit habenda ratio, hincque necessitas urgeat, ut ipse passus opportunius extruatur, et fortificetur etc.". Torellus Sarayna Lib. 3 Hist. Veronen. edit Veron. 1542, fol. 44, col. 2 inquit: "Per la Valle Lagarina discorre velocemente l'Atthice... Questa regione tenne del freddo più che del caldo, ed evvi più tosto primavera nel solstizio, che d'estate, così che in alcune Valli ascose dalla faccia del sole ne li giorni de la canicola vi si ritrova buona quantità di ghiaccio". Marianus in *Trento* pag. 573 ipsam nominat *la bella Val Lagarina*: et pag. 574 de eadem subdit: "*La Lagarina Valle*, ch'è di sito piano, e fertile, si rende popolata di Castelli, e villaggi notabilmente con il passo imperiale per terra, e la navigazione dell'Adice verso Verona. Vi sta, oltre i villaggi, e porti considerabili, la città di Rovereto posta come nel cuore della Valle... Del resto Val Lagarina così detta da *Lagaro*, o *Lagario* Conte de' Longobardi, o da un Lago, che anticamente vi fu, a quel si dice, è una delle più belle, fertili, e deliciose, con salubrità d'aria, e placidezza di clima così fatto, che sino vi regnano Limoni, e Cedri d'ottima qualità, come si vede nel giardino di Nogaré; e certo non avrei creduto tanto in luogo tra monti, se non fosse, che da Leandro Alberti si pone questa Valle in Lombardia. Oltre il grano, vino, e frutti, fiorisce in Val di lagaro la seta, che si fa in gran quantità, né minor riuscita: e per cosa rara vi vengono tartuffi, e lumache non ordinarie. Queste in particolar su 'l tener d'Avio si trovano così grandi e pingui, che si vendono sino tre fiorini il cento; e quattro, o cinque sole faranno il peso d'una libbra. Sono perciò in credito appresso le Corti di Germania, ed anche d'Italia. Li tartuffi vengono dè più eletti sì per grandezza, e durizie, come per fragranza, e per qualità di macchia nera, perfetta, essendovene anche assai di bianca, ma non è la buona. Non si scoprono qui a naso d'animali porcini, come si fa su 'l Parmegiano, ma si rintracciano a occhio di certi uomini ben pratici del sito, e naturalezza della terra, ch'è d'ingravidarsi di tal frutto al tuffo massime, e odore del medesimo, secondo che qua, e là vien portato dal vento. Quindi un tartuffo, che nasca in un luogo, ne averà sempre de gli altri poco lungi, essendo come specie di fungo sotterraneo. Amano il terren leggiero, e dove sono piantati roveri. Su 'l tener di *Pomarolo* in particolar, e di *Salteria* vengono i

tartuffi, e in quantità: benché però si vendano molto cari a ragion di peso, e di grossezza. E tal uno, che pesava una libbra, costò un ongaro. Servono d'ordinario per la mensa de' principi d'Alemagna, e uno de' passati anni se ne mandò per più di cento ongari alla Dieta di Ratisbona, dove si pagano a tutto prezzo. In fatti ecc. Le caccie regnano in Val Lagarina sì di volatili, che quadrupedi: non però gran fatto selvaggi, per esser Valle domestica, e gentile. Accidentalmente si sono uccisi cervi, di quelli cioè cacciati da latro monti; ed uno tra gli altri fu preso sotto Castel Barco, come appar memoria nel palazzo di Nogaré. Tra le chiese ecc. Li Castelli, che si tengono di Val di lagaro ecc. È celebre Val Lagarina per i diversi fatti d'arme, che vi seguirono, e in alcuni siti ancor restano l'orme de' fortini: né è da stupire, se essendo questa *Valle stimabile per più capi, e conseguenze*, pugarono vari principi, e regoli per conquistarla. È anche celebre Val Lagarina, come nota il Franco, per le memorie di Dante, allorché questo poeta, per altro di patria fiorentina, visse qui all'ombra de' Scaligeri, o Castrobarcensi. Il viver, e costumi di Val di Lagaro, risentono gran parte dell'Italia, massime verso i confini. Vi sono genti di bell'aria, che trattano civilmente, parlando del piano. Non manca loro la giovialità, per la copia de' buoni vini: non l'acutezza, per la qualità del clima: non l'occasione dell'industria, per le terre, e la navigazione: né meno la finezza di praticare, per il passaggio. Fu donata Val Lagarina, come notai, dall'imperator Teodosio al vescovo di Trento, per i meriti di san Vigilio; ma poi per causa di guerre, ed altri eventi, smembratasi di temporal dominio, ora non si regge da trentino vescovo, che in spirituale: nel resto si tiene da' feudatari, che l'ottennero dalla Chiesa di Trento, riconoscendo perciò dal vescovo l'investitura de' castelli e giurisdizioni". Hactenus Marianus, cui multas grates rependo, quod tam bene de patria mea loquutus sit. Strabo vetustissimus geographus, qui floruit circa ortum Domini Nostri Iesu Christi, fuitque de Amasia Cappadociae urbs, commemorat *Lagaritanum vinum*. Plinius autem senior, patria Veronensis, qui obiit anno Christi 79, aetatis suae 65, *Vina Lagarina*. Sic autem dicta sunt a *Lagaria* oppido Calabriae nunc exciso. Locus ubi fuit, nunc *Lagàra* pen. prod. dicitur. Regionem nostram *Lagarinam* ego libenter uno vocabulo adpello *Lagariam*, vel *Lagarum*, quemadmodum Vallis Anauniae, Vallis Iudicariae, Vallis Leudri, Vallis Flemmarum, Vallis Athesina, Vallis Ausugii, sive Ausugana, Vallis Primerii, Vallis Fasciae, Vallis Randeane, Vallis Cavedini, et aliae absque nulla Vallis adiectione haud raro nominantur *Anaunia*, *Iudicaria*, *Leudrum*, *Flemmae*, *Athesia*, *Ausugium*, *Primerium*, *Fascia*, *Randena*, *Cavedinum*. Unde sicut Vallis Lagarinae habitatores dicuntur uno vocabulo *Lagarini*, sic et illarum appellantur *Anaunienses*, *Iudicarienses*, *Leudrenses*, *Flemmenses*, *Athesini*, *Ausugani*, *Primeriani*, *Fasciani*, *Randenenses*, *Cavedinenses*. Eadem Vallis Lagarina terminatur ab oriente Vicentina Dioecesi, a meridie Veronensi, ab occidente habet Comitatum Arcensem, ac ditionem Nacenam; a septentrione autem Praeturam Tridentinae urbis. De Castris, ac viris illustribus ipsius dicam alibi, nempe ubi de singularibus eius locis. De origine autem nominis ubi de *Clusa* loquar. Quod spectat Theodosianam donationem refutat Iacobus Tartarottus nelle *Iscrizioni lagarine* in proemio, dicens: "È soverchio nella chiara luce di questo secolo il far avvertire, che quella spezie di feudi, la qual consiste nel conceder territori, con giurisdizione sopra le persone, è troppo contraria agl'instituti romani, né fu in uso a' tempi di Teodosio imperadore; ma venne da' Longobardi molto tempo dappoi". Lagarina Vallis paruit Venetis ab an. 1417 usque ad an. 1509. Ab hoc autem usque in praesentem diem subest dominio augustissimae Domus Austriacae, non tamen tota, nec omni titulo, sed qua feudum ecclesiae Tridentinae. Austriacis parent Roboretana Praetura, et Comitatus

Numiensis baronibus Fedrigatiis conceditus. *De Valle Lagarensi, seu della Val Lagarina*, loquitur etiam marchio Ioannes Iacobus de Dionysiis canonicus Veronensis in sua Expositione tabulae topographicae agri Veronensis pag. 67 edit. 1758 verbo *Vallis Lagarensis*, ubi pag. 68 novum cudit, ac proponit dubium circa *Comitem de Lagare* a Paulo Diacono (quem perperam *saeculi VI scriptorem* dicit) commemoratum, inquiens: “Subit mihi suspicio, num pro *Lagare*, pagus prope Lacum nostrum monstretur, qui nunc quidem *Lagise* dicitur, at in diplomatibus et *Lagase*, et *Lagesa* dicitur, ut videre est apud Muratorem *Annal. It.* Quod quidem valde congruit cum *Lagare* illo, de quo Diaconus mentionem facit, cum satis, constet, quam facile hae literae R, et S in veteribus scripturis ob eam quae inter ipsas est, similitudinem permutentur. Magis moveor ubi lego, regionem illam a Longobardorum usque temporibus in Tridentino territorio *pro maiori parte fuisse conprehensam* etc.”. Haec Dionysius amori suae patriae nimium tribuens. Profecto nomen habet similitudinem *Lagarum* nostrum cum *Lagare* Paulino, quam verbo *Lacese*, *Lagesa*, e *Lagise* Dionysiano, quod ipso teste ibi verbo *Lacese*, passim in diplomatibus, quorum antiquius an. 901, *Lacese* dictum est. Ipsum in diplomatibus apud Muratorium reperi nominatum *Laceses* ad an. 856. Alibi *Lagisium* in Bulla Eugenii Papae tertii de an. 1145 et in vita beati Hieronymi Aemiliani. *Lagesium* ad an. 1159. Vernaculis autem *Lazise*. Nec refert, quod apud Paulum legatur de *Lagare*, non de *Lagaro*; nam sic dicere potuit pro ut nunc dicitur indiscriminatim de *Gasparo*, et de *Gaspere*: pro ut dictum fuit *Bauxare* pro *Bauzano*: et ipse Paulus dixit *Anagnis* pro *Anagnia*, vel *Anaunio*: et *Volenes* pro *Volano*, et *Enne* pro *Enno*, seu *Egna*. In Brevi recordationis de fraternitate sancti Remedii Tridentini scripto saeculo duodecimo plures occurrunt appellati *de Paville*, *de Corde*, *de Cageze*, *de Clavasse*, *de Ralle*, *de Caldare*, qui nunc dicti fuissent *de Pavillo*, *de Coredo*, *de Cagatio*, *de Clavasio*, *de Rallo*, *de Caldario*. Paulinum *Lagare* pro *Lagaro* nostro accepit etiam Hieronymus Bretius Stellimaurus medicus Tridentinus; etenim Bernardo Clesio dicavit suos libros de Rusticorum tumulto Tridentino an. 1525 in hunc modum: *R.mo in Christo Patri Dño Dño Bernardo Clesio Episcopo et Tridentinorum Duci, Iudicariarum, sive Sarcorum Marchioni, ac de Lagare, sive Vallis Lagarinae Comiti illustrissimo*. In diplomate s. Henrici imperatoris dato Veronae an. 1014 apud Muratorium To. 2 *Antiq. Ital.* col 799 lego: *In Valle Trientina Cortem unam: in Lachari Cortem unam*, spectantes monasterio Veronensi divi Zenonis. Videsis infra num. 121, et 245. Wolffgangus Latus Viennensis L. 6 *de Republica Romana* pag. 222 ait Gaidoaldum illum, qui cum Francis confligit *in Campis Rotalianis, habuisse cognatum Rugilonem quemdam de La Gare, Dominum Castri Anagnis*. In valle Lagarina ad dioecesim Tridentinam spectante anno 1690 numeratae fuerunt ecclesiae parochiales novem, animaeque novemdecim millia. Anno autem 1760 parochiales ecclesiae computatae fuerunt tredecim, quia computatae fuerunt ecclesiae Sacci, Iseriae, Vallarsiae, ac Terragnoli.

96. Sanctus Leonardus, *San Leonardo*, ecclesia vetusta, cuius Prior titularis nunc est cardinalis Migatius archiepiscopus Viennensis. Sita cernitur apud Burgetum, ut dictum supra num. 31. Idem *San Leonardo* memoratur etiam ab Spergesio ceu situs inter Burgetum, et Vadum Avii. Anno 1215 die 2 septembris Veronae dominus Tebaldus de domino Turisendo civitatis Veronae resignavit in manibus domini Federici episcopi Tridentini omne ius quod habebat *in Ecclesia Hospitali Sancti Leonardi de Sarno de Episcopatu Tridentino in pertinentiis de Alla*. Episcopus autem laudatus statim de eadem ecclesia, et Hospitali S. Lienardi de Sarno investivit *dominum Lanfrancum recipientem vice et nomine Ordinis Cruciferorum, tali pacto expreso, quod idem*

Lanfrancus, et illi qui pro Ordine Cruciferorum ibi erunt, omnes fruges eiusdem ecclesiae et Hospitalis debeant pauperibus, et aliis indigentibus dare ac distribuere, nel alibi portare. Vide documentum apud Bonellum To. 2 pag. 546 et seqq. Pater Marcus Antonius Boldù Venetus Crucifer in sua manuscripta Historia Religionis Cruciferae anno 1571 composita, numerat loca eiusdem Ordinis in Terra Todesca duo tantum, scilicet *Santa Croce di Trento*, et *San Leonardo dal Borghetto*. Cruciferos ducentum et amplius olim habentes Hospitalia, cum quatuor tantum haberent, omnino suppressit Papa Alexander Septimus anno 1656 die 28 aprilis. Migatius dicitur *Prior s. Leonardi* absque adiectione *de Sarno*, aut *de Burgeto*. Posset locus praefatus appellari Fanum Sancti Leonardi; sic enim dici solent loca Sanctorum nominibus insignita. In alia charta scripta die sexta intrante aprili an. 1215, indict. 3, occurrit *Hospitale de Sarno*. Item laudatus dominus *Tebaldus de Verona f. q. domini Turisendi*. Nunc *Prioratum s. Leonardi in paroecia Alae ex bonis ad Hospitalem aedem quondam pertinentibus erectum episcopus Tridentinus conferre solet*, prout testatur episcopus Franciscus Felix de Albertis in sua Relatione ad Limina an. 1760. Vetustior ad eius memoriam, scilicet de an. 1202 vide infra num. 147. Iste locus a Barrio dictus fuisset *Leonardum*, vel *Sanleonardum*.

97. Lessii, *i Lessi*, vicus Trambelenensium versus Vallem Arsiam, recensitus in Statuto Praeturae Roboretanae, ac in tabula Spergesiana. Forsan tale fert nomen, quia olim ab hominibus *Alexii* nomen gerentibus habitatus. Anno 1623 obiit Leonardus Lessius Belga S.J. theologus, et scriptor celebris.

98. Sancta Lucia, *S. Lucia*, locus inter Villam, et Nogaretum, cum ecclesia eiusdem tituli, et eremitorio. Notabilis est ad ipsam populi concursus die 13 decembris, festo s. Luciae Virginis et Martyris.

99. Loplum, *l'Oppio*, aliis *Loppio*, locus inter Murium, et Sancti Andreae Lacum situs, ubi olim Castrum fuit⁵⁸, nunc vero est magnificum palatium Comitum Castrobarcensium, cum publica capella s. Liborii, et s. Mariae Lauretanae. *Villa Lopli Vallis Lagarinae* occurrit mihi ad an. 1389, et 1472. *Opulum* nominatam reperi ad an. 1286, et 1470. *Contratam Opuli Regulae Murii versus Nacum Vallis Lagarinae* ad an. 1538⁵⁹. Calepinus verbo *Opulus*, *opuli* ait, ipsam esse arborem corno similem, et maritandis vitibus maxime idoneam. Verbo autem *Populus*, italice *Pioppo*, eandem nominat. Iacobus Facciolatus de Colonia vicentinus, grammaticus celebris, ipsam latine dicit *Populum*, ac italice *Oppio*. Praefatum locum ergo potius *Opulum*, quam *Loplum* appellandum censeo. *Loppio* dixit etiam Antonius Clusolus an. 1739 in suo *Mundo*. Spectat ad parochiam gardunensem. Vide infra pag. 105, num. 146, 309.

100. Lacus Sancti Andreae, quod etiam *il Lago dell'Oppio* dicitur, occurrit mihi primum ad an. 1171. Dein ad annum 1472, *Villa de Loplo prope Lacum S. Andreae subtus montaneam Garduni*⁶⁰. Marianus in *Trento* pag. 288 ait, quod Veneti saeculo XV

⁵⁸ Dossium Castri Veteris positum in capite Lacus Sancti Andreae in plebatu de Murio sub montanea Garduni 1376. Ita chrata.

⁵⁹ Laudat *Loppio* astrologus Martisbaldi anno 1790, St. 44,45,46, pag. 19,20.

⁶⁰ A Magino etiam dicitur *il Lago di s. Andrea*. Ab Elia Capreolo L. 10 Hist. Brixianarum p. mihi 182 *il Lago di s. Andrea tra Mori, e Nago, largo appena mille passi*.

Brixiam a Nicolao Picinino⁶¹ Ducis Mediolanensis generali occupatam redempturi, naves per Athesim magnas, et multas duxerunt *sin a Ravazzone, luogo di Val Lagarina, dove messe a terra furono a spalle d'uomini portate nel Lago di s. Andrea: indi di nuovo per terra sin al Lago di Garda*. Ob id huiusmodi Lacus memoratur etiam ab aliis historicis. Notabilis est amplitudinis. In eo non longe a meridiana ripa exurgit monticulus lignifer, super quem olim exstitisse aliquod divi Andreae sacellum, a quo lacus nomenclaturam acceperit, ne quidem ambigo. Nuper quaesivi illud, sed videre non potui. In quadam charta an. 1342 lego: *Montem Bordinae usque ad Poram s. Andreae, includendo cum ecclesia totum Dossus Sancti Andreae*. Item *Dossus, et ecclesia, et Lacus s. Andreae*. Vide num. 15½.

101. Lasticus, *il Lastego, fiume sorgente dai Monti di Folgheria, e cadente nella Tesena sul Vicentino*, prout habet Relatio Tridentina inundationum an. 1757, dictus *Lastegus* in charta an. 1276. A Magino in Italiae tabula 31 nominatur *Astego torrente*. Pariter in tabula Spergesiana dicitur *Astego*. Incipit apud Busas Nucellarienses. Vide supra num. 6. In charta an. 1250 dicitur *Asticus, et quatuor Rotae molendinorum in Astico*. In districtu Schledi 24 P. M. a Vicentia distans est pagus S. *Pietro di Valdastico*.

102. Liciana, *Lizzana*, pagus parochialis Roboretum inter et Alam, ad radices montis, super quem olim fuit Castrum celebre, cuius nunc rudera tantum supersunt. Vicus ubi est parochialis ecclesia, et sedes parochi, nonnihil distat a Via imperialem qua in Italiam itur, passimque nominatur *la Piove*, haben hominum familias centum decem et octo circiter. In tabulis an. 921, 927, ac 1014 inscriptum reperi *Licianam*: in aliis an. 1197 annorumque subsequentium *Lizanam*⁶². Modernis autem nedum italice, sed etiam latine scribere placet *Lizzanam*, quamquam latinis literam Z duplicare alioquin insuetum sit. Ceterum exstat *Lizzanum* pagus notabilis Hetrueriae cum rudibus antiqui castrum, in dioecesi Pistoriensi. *Lizzanum* castrum in episcopatu Tarentino cum titulo *Ducatus Lizzanensis*: insuper *Liciana* pagus Liguriae in dioecesi Sarzanensi. Anno 1586 fuit Clesii in Anaunia *l'illustre signor Aliprando marchese Malaspina, signore di Liciana, e Pannigal, nipote dell'illustre signor Clesio*. Anno 1681 vixit apud Aquam, vulgo *Pontremoli*, oppidum Liguriae in Sarzanensi dioecesi, *Maria Amadea Malaspina de marchesi di Liciana, moglie del marchese Bartolommeo Ariberti, marchese di Malgrado*. Inter poetas antiquos recensetur quidam *Licianus* Hispanus. Anno 1630 claruit Bernardus *Lizana* occaniensis Hispanus, Ordinis Minorum Observantium scriptor. Anno 1659 die 12 octobris obiit Romae scriptor Ioannes Baptista *Lezana* de Matrilo Carmelita Hispanus. Anno 1759, et 1767 fuit Romae presbyter Ioannes Baptista *Lizzanus* coereemoniarius papalis, et Beneficiarius s. Mariae Maioris, patria romanus⁶³. Ager Licianae Lagarinae vinum asperisculum producit. Amplius olim fuit archipresbyteri Licianensis territorium; nam hodie in partes dissectum, habet quinque parochos, videlicet Licianensem, Roboretanum, Vallarsensem, Saccensem, et Terragnolitanum. De nostra *Liciana*, italice *Lizana*, agit et marchio Dionysius in sua Topographia Veronen. pag. 57, verbo *Liciana*⁶⁴. Iacobus Tartarottus *nelle Iscrizioni*

⁶¹ Niccolò Fortebraccio, detto per soprannome il Piccinino, Generale capitano delle genti di Filippo Duca di Milano. Il Cavriolo L. 9, p. 164.

⁶² Vide infra ad finem huius numeri.

⁶³ Etiam italice scribit *Liciana* Clementinus Vannettus in Vita Baronii pictoris pag. 53.

⁶⁴ Luzzana, locus parochialis dioecesis Bergomensis 12 P. M. a Bergamo distans, et homines 289 numerans hoc anno 1793.

lagarine num. XI inscriptionem lapideam adfert existentem apud ecclesiam s. Mariae Carmelitarum in parochia Liciana, scriptam an. 1427, in qua legitur versus de Antonio Castrobarcensi:

Quique Revoredi (sic) Dominus fuit atque Lizanae.

Anno 1239 nominatus fuit Comitatus Lizanae. Pariter Comitatus Lizanae occurrit ad an. 1234. Idem Castrum et Warda Lizanae an. 1240. Castrum *Lizanae*, sive *Dossum eiusdem* anno 1472. Idem castrum destructum fuit a Venetis anno 1439 quia dominus eius Gulielmus de Castrobarco, filius Antonii de Castrobarco Lizanae, adhaesit aliis Castrobarcensibus, Mediolanensibus, et Mantuanis Venetorum hostibus, referente laudato Tartarotto Inscript. septima⁶⁵. Nobiles Roboretani de *Lindegg* appellantur etiam *Lindegg de et in Lizana*. Sanctus Henricus II Romanorum imperator anno 1014 fuit *Liciana*; siquidem diploma eius quoddam praedicti anni habet Actum *Liciana* sed hoc probabiliter accipiendum de *Lizanella* sequenti, quum sita sit in via imperiali, appelleturque frequentius *Lizana*. Vicus ubi ecclesia parochialis S. Floriani sub singulari nomine *Plebs* occurrit in diplomate an. 1472 ubi nominantur *Villae Plebis, Ponti, Serbati, Albaré, e le Porte, Lizanellae, et Marchi*. Similiter Maginus tab. 31 distinguit *La Pieve*, quam ponit inter *Lizana, e Marco*. Idipsum praestat in sua Spergesius. Marianus in *Trento* pag. 578 ait, quod in Valle Lagarina *per chiese antiche di fabrica, e di Pieve si tengon quelle di Lizzana, e di Volano*. Chartae attamen Tridentinae an. 1307 ac seqq. nominant *Plebatus Avolani, Lizanae, Lagari, Garduni, Murii*. Scotinum Licianensem, machinatorem egregium, hodie quoque viventem, laudavi in Bibliotheca Tirolensi. Notandum, quod exstat *Plebs Sacci* oppidum agri Patavini, *Plebs, Pieve*, urbs Hetruriae, alia oppidum Liguriae, ac alia oppidum Insubriae. Nostra dicta fuit *Liciana* etiam in Actibus Gymnasii Roboretani editis typis Roboretanis occasione praemiorum anno 1780.

103. *Lizanella, Lizzanella*, pagus centum circiter familiarum inter Roboretum, et Lizanam, seu Plebem Lizanae, in via imperiali situs, cum ecclesia Sancti Antonii abbatis, archipresbytero Lizanensi subiecta. Dictus est *Lizanella* ad an. 1336, 1436, 1472 et 1484, sicque nunc etiam passim nuncupatur. Eius tamen incolae, praesertim ab extraneis, *Lizanenses* dicuntur. Ibi supra ceteras familias eminent illa Cobellorum, ex quibus unus Roboreti sedem modo fixam habet. Confer dicta numero praecedenti. Ex eadem Licianella fuit archipresbyter Avolanensis Ioannes Baptista Iosephus de Aldrighettis an. 1734 et 1757.

104. Ligerim, quam Guido Ravennas presbyter saeculi noni commemorat, dicens: *Desuper non longe ab Alpibus sunt civitates, idest Sirmio, Garda, Ligeris, Trintinnia, Tridentum*, marchio Dionysius ibi verbo *Bruntonicum*, vult esse *Vallem Lagarinam*. Placidus Porcheronius *Lagarem* Pauli Diaconi, cui et Hieronymus Tartarottus *nelle Mem. Ant.* pag. 28 consentit. Idem Tartarottus pro *Trintinnia* legit *Trincto, Innia*, idest Tridentum, et Egnam pag. 28, et 33. Dionysius autem vult unicum fore locum, scilicet Brintinniam, sive Bruntonicam; nec audiendos illos, qui legunt separatim *Trincto, Innia*, quia bis alioquin Tridentum occurreret, nempe *Trincto Innia, Tridentum*. Ego in tenebris ambulans suspicor, secunda vice positum Tridentum perperam; et ratam habeo Tartarotti sententiam, etenim absque verisimilitudine Guido nominasset *civitates Sirmionem, et Gardam*, deinde *Vallem Lagarinam*, tertio *Brentonicum* in eadem Valle,

⁶⁵ *Lizzano* locus parochialis dioecesis bononiensis hominum 450. – *Paganus Licianensis* anno 1570 conscripsit inscriptionem in laudem defuncti Michaelis Angeli Bonarotae Florentini.

et quidem in monte, extra viam, quae Garda Tridentum ducit. E contrario autem *Sirmio, Garda, Lagarum, Tridentum, Innia*, sunt loca singularia, et quidem in eadem via, quae in Germaniam ducit. Nota, quod unus ex maximis Galliae fluviis dicitur *Ligeris*, vulgo *la Loire*, Nannetensem urbem rigans.

105. Lavaronium, *Lavarone*, atque *il Lavarone*, locus parochialis ultra Fulgaridam, in Feltrensi dioecesi, ac ditione Caldonatiensi Comitum Trappiorum. Ipsum puto extra Vallem Lagarinam; eundem tamen commemorare volui, quia conterminus est, eiusque incolae frequentes admodum sunt in eadem Valle⁶⁶. Industrii habentur, et laboris patientes, viribusque praestantes. *Lavarorum* inveni adpellatum ad an. 1379, ac 1391, immo etiam ante ad an. 1276, quo facta fuit mentio *Covali de Riomalo, qui Covalus iacet inter Hospitale de Lavarono, et Hospitale de Brancafure*. Mihi *Lavaronium* potius, quam *Lavarorum* scribere placet, quia dulciorem reddit sonum, et quia etiam alia similis nominis loca sic efferuntur a politioribus, verbi gratia Alenconium, Altonium, Anonium, Cortonium, Gransonium, Alfertonium, Lodronium. Posset etiam dici *Lavaro, Lavaronis*, et eius incolae *Lavaronitani*. Anno 1579 a cancellario episcopali Tridenti dictus est *Avarorum*. Ecclesia eius parochialis titulum praefert S. Floriani martyris. In Gallia Bituricensi est fluvius dictus *Avaro, Avaronis*; et in dioecesi Burdegalensi *Villa* dicta *Avaron*.

106. Sancti Lazari Dossum. In diplomate Tridentini episcopi Aldrigeti dato ano 1235 occurrit *Dossum, quod est in Valle Lagarina, quod appellatur Dossum Sancti Lazari, quod est citra Castrum Novum versus Tridentum iuxta Villam Petresani, ab uno latere habens rivulum maiorem, ab alio rivulum minorem*. Porro hic Dossi nomine intelligitur Castrum, cum dicatur *Castrum*, sive *Dossum*, et asseratur, quod *apertum erit episcopo tam in pace, quam in vera*.

107. Marani, *li Marani*, vicus parochia Alanae, Tridentum versus, de quo Spergesius, et Galliciolus, et Clemens Baronius.

108. Maranum, *Marano*, vicus parochiae Hiseriensis inter Brancolinum, et Revianum⁶⁷. Commemoratur ab Antonio Clusolo in Mundo antiquo, moderno, et novissimo editionis Venetae 1739, To. 2, tit. *del Vescovado di Trento* num. 40, et ab Spergesio. Ad an. 1339 dictum est *Maranum sub iurisdictione Castri Prataliae*. Cave ne ipsum confundas cum *Marano* urbe Tirolis in Valle Venusta, cumque pluribus aliis oppidis, et pagis eiusdem nominis extra Tirolim exstantibus. Anno quoque 1216 sub Prataliensi iurisdictione fuerunt *Rufianum, Brancolinum, Ysera, Maranum, et Follasium*. Anno 1579 vixit magister Ioannes quondam Antonii de Leonardis de Marano Vallis Lagarinae sartor et habitator Tridenti. Anno 1339 Maranum istud habuit 20 focos Vicario temporali episcopi Tridentini subiectos.

109. Moyetum, *il MoiETTO*, vicus Oriliensium in vertice montis, Avolanum respiciens. Memoratur in Statuto Praeturae Roboretanae. Quidam *Grepo Conradus de Mogeto* comparet inter Veronenses ad annum 1146; in alia charta eiusdem anni 1146 dictus *Grepo Conradus de Mogerto*. Num ex Moyeto nostro fuerit oriundus non dicam, etsi non impossibile credam. *Moyetum* dictum fuit *Mogetum*, sicuti *Moyena* Flemmarum

⁶⁶ An. 1501 commemoratus *Lacus Lavaroni pertinentiarum Folgariae*.

⁶⁷ Infra num. 300.

ad an. 1215 appellata fuit Mogena. Anno 1343 vixit *Ordanus filius Ianexi a Moieto habitator Rovredi, et Bertoldus q. Cristani a Moieto*. Anno 1350 vixit *Bertoldus f. q. donae Gislæ de Moieto ex Plebatu Rovredi*, teste charta scripta Avolani.

110. Manfrinum, *Manfrino*, alter Oriliensium vicus, de quo pariter Statutum Roboretanum. Avolani meis diebus fuit Manfrinorum familia. Tridenti nunc alia est. Alia Roboreti olim Avolanensis. Hieronymus Manfrinus conductor famosus tabacci Venetae Reipublicae anno 1776, fuit patria Iadertinus. Obiit morte subitanea ante an. 1803 nullo flente. Post se reliquit filium unicum, et uxorem Iadertinam cuius dote coepit ditescere.

111. Marcum, *Marco*, pagus Licianensis parochiae, in via imperiali versus Alam, sic dictus ab ecclesia curata sancti Marci Evangelistae memorata ad an. 1470. Eiusdem pagi mentio antiquior est in citato placito Lothariano an. 845, quum eidem interfuerit *Yihso de Marcus*, et *Petrus de Marcus*. Occurrit insuper *Marci* nostri memoria in Veronensis episcopi Notherii testamento scripto an. 928 ubi legitur: *In Liciana, et Marco*, prout notatum supra num. 36. Item ad an. 1214. Huiusmodi pagus est a magna lapidum congerie stipatus, quae passim *lo Slavino di Marco* appellatur. Marianus in *Trento* pag. 324 inquit: “L’anno 369 per un terremoto grandissimo, che fu nel mondo, sconvolgendosi li fiumi, e sino il mare, a Trento l’Adice, solito prima scorrere a pié di Castello alle falde di Dos Trent, over a tergo, come si cava da contrasegni, e osservazioni, si ditornò, e prese il corso, che ha al presente, costituendo la penisola di s. Lorenzo: e da tal terremoto nacquero le rovine di Marco in Val di Lagaro per causa d’una città distrutta, o d’un monte diroccato, com’è più probabile”. Sic Marianus; verum Iacobus Antonius Tartarottus Inscript. 8 subdit: Probabilissimo è, che della medesima vasta congerie di gran macigni, che tuttora si vede presso Marco, vada inteso un bel passo, ch’osservai già negli Annali Fuldensi nel tomo primo degli scrittori di Germania raccolti dal Frehero, ove sotto l’anno 883 così si legge: “Mons quidam in Italiae partibus de loco suo motus, in Athesim fluvium cecidit, eiusque meatum interclusit. Hi autem, qui apud Veronam, et in contiguis locis eiusdem fluminis habitabant, tamdiu utilitate illius carebant, donec idem fluvius per eundem montem quasi cavernulas faciens, ad suum *alveum rediret*”. Il Landino⁶⁸ esprime precisamente il nome del monte caduto così scrivendo: *Il monte Barco avendo molto corrose le sue radici dal fiume, o per questo, o per terremoto, rovinò in gran parte in sull’Adice fiume, in forma, che quello per buono spazio fe discostare*. Io però di questo monte *Barco* non ho fin qui trovato indizio, né memoria alcuna; e dubito sia stato confuso col *Castel Barco*, ch’abbiamo in vicinanza di Rovereto. Ita Tartarottus; qui relatis praemisit: “Riferisce il Mariani nella sua *Relazione del Tirolo* manoscritta, che in una facciata della chiesa di S. Maria di Volano vi fosse dipinto l’inferno in quella guisa, che lo descrive Dante Alighieri nella *Divina Commedia*, il quale poi per degni rispetti era stato non molto prima cancellato, stimando egli, che dal poeta stesso fosse venuto il disegno. Di fatto vuole Ambrosio Franco presso lo stesso Mariani, che Dante abitasse per alcun tempo nella Valle Lagarina, e nella Villa di Marco, quando esiliato da Firenze, si ricoverò presso i signori dalla Scala. Certa cosa è, che quel poeta nel XII dell’Inferno comparò certo luogo di laggiù ad una vasta congerie di gran macigni, che si vede tuttora presso Marco”.

⁶⁸ Christophorus Landinus Florentinus editor Danti 1481.

Dantis verba sunt ab initio Cantus XII.

Era lo loco, ove a scender la via

Venimmo, alpestro ecc.

Qual è quella ruina, che nel fianco

Di qua da Trento l'Adice percosse,

O per tremuoto, o per sostegno manco.

Pater Pompeius Venturus S.J. in edit. veron. 1749 subdit: “Quale è il dirupato del monte, che cadendo percosse nel fianco dell’Adige fiume celebre, che nasce ecc. o tal rovina di monte seguisse per violenza di un tremuoto, o per mancanza di sostegno, perché la corrente del fiume sempre alle radici rodendolo, e scavandolo lo riducesse a non potersi più sostenere”. Causa terraemotus cecidisse montem ego puto, non causa rodentis Athesis, qui longe est a monte Marciano. Porro Dantes ortus est Florentiae an. 1265, et obiit Ravennae an. 1321 die 14 septembris, sepultus apud Fratres Minores. Nostri Marci meminit Maginus, et Spergesius. In Calabria est *Marcum* civitas episcopalis, dicta etiam *Marcopolis*, et *Fanum S. Marci*. An. 1339 *Marchum* Vallis Lagarinae habuit proprium gastaldionem, et 39 focos Vicario episcopali episcopis Tridentini subiectos.

112. Mamma, *Mama*, pagus ad dexteram Athesis inter Avium, et Bellunum, cuius meminit Maginus, et Spergesius. Baudrandus in additionibus ad Ferrarium habet: *Mammae, oppidum Africae, in Bizacena regione, teste Procopio*. Et Maginus, et Spergesius habent Mama. Sic et Hieronymus Tartarottus.

113. Malemna, seu Malenia, *Malegna*, mons Fulgariae versus Vicentinos, de quo Spergesius.

114. Sancta Margarita, *Santa Margherita*, vicus parochiae Alanae, inter ipsam Alam, et Serravalle, sic ab ecclesia inibi extracta nuncupatus etiam in tabula spergesiana. In maginiana vero dicitur *S. Malgherita*, et ponitur inter Marcum, et s. Valentinum⁶⁹. Eadem ecclesia, cum Hospitali pro peregrinis, aliisque hominibus transeuntibus, et pro pauperum sustentamento, erecta fuit consilium, et adiutorium dante sacerdote Ioanne de Murio, a Friderico de Wanga episcopo ac principe Tridentino, qui eam privilegiis munivit anno 1214 die 17 octobris, diplomate dato quod legitur apud meum Bonellum To. 2, pag. 539 ac seqq. Erectio igitur contigit post an. 1207 quo die 9 augusti Fridericus episcopatum Tridentinum adeptus est. Erecta vero est *in loco Terabus appellato, sito in capite Rotae inter Alam, et Marcum super stratam*, eo pacto ut deinceps appelleretur *Hospitale Fontium*. Ita praefatum diploma. In alio an. 1343 dictum fuit *Hospitale, seu ecclesia S. Margaritae de Fonte Rebusii inter Marchum et Alam*. Quo anno contra Nicolaum episcopum Tridentinum litigarunt religiosus vir dominus Frater Bevegna Prior, fratres, et conventus eiusdem Hospitalis. In alia charta an. 1214 die 7 octob. occurrit *Hospitale ecclesiae s. Margaretae Virginis, et Martyris iacens inter Marcum et Allam in capite Rodae ad Fontaneas iuxta Rius versus Allam*. Hodie quoque idem locus appellatur *Rebùs*. Olim fuit latronum, raptorum, et homicidiorum spelunca, prout asserit fridericianum diploma. An 1309 occurrit Eccl. S. Margarethae inter Marcum, et Alam sine Hospitali.

⁶⁹ Anno 1303 vixit domina Maria Munega loci sanctae Malgaritae de pertinentiis Allae, mater Riconoris.

115. Murium, *Mori*, pagus insignis, et vastus, ad dexteram Athesis, inter Gardunum, et Brentonicum, unus ex quatuor Vicariatibus, et proprii archiprebyteri sedes. Commemoratur a Magino, Spergesio, Clusolo, Tartarotto, Bonello, Mariano, et aliis. Marcus Antonius Coccius Sabellicus, qui obiit an. 1507, lib. 3, decade 3 Rerum Venetarum, ipsum perperam nominat Maurum, et Franciscus Salmonius Parisiensis *nell'Istoria moderna, o sia stato presente di tutti i paesi, e popoli del Mondo* To. 19, pag. 435 olim dictum S. Mauro gratis adfirmat. In Lothariano placito an. 845 pluries citato comparet *Vitalis de Murius cum Martino de Avi, Lupone de Tilliarno, Brumario de Tilliarno, et Maurontone de Castellionem*. Chartae nostrae habent *Murium* ad an. 1171, 1180, 1204, 1212, 1214 et seqq. passim. Habent etiam *Morium* ad an. 1171, 1204, 1325 et alios. Marianus in *Trento* pag. 578 inquit: *Tra i villaggi di val Lagarina si fan nominar Mori, Ala, Avio, e Brentonico, luoghi de' quattro Vicariati, ed è Baronia*. Gerardus de Roo Lib. 1 Hist. Austr. pag. 5 mentionem facit *Muriensis coenobii* conditi a Rapotone Comite Habsburgensis, ante an. 1034, quo decessit, et in eo sepultus est. Sed de alio *Murio* id intelligendum idest de *Murio* Turgoviae helveticae, ubi monasterium Ordinis s. Benedicti erexit episcopus argentinensis anno 1027, testibus PP. Bollandianis. Anno circiter 1660 venerabili Matri Ioannae Mariae Roboretanae licentiam dedit novum erigendi monasterium Clarissarum *in Mori, luogo fertile, ed ameno*, Comes Franciscus de Castrobarco, pro ut refert noster P. Archangelus Laghius de Clesio in *Vita eisudem Ven. Matris* pag. 150, sed frustra, etasi nullum aliud seu virorum, seu mulierum monasterium inibi habeatur, aut umquam fuisse non constet. *Murium* idem patria fuit scriptorum aliquot, nempe Antonii Delayti, Andreae Marini medici, Caroli Bennassuti Rigotti, Caroli Rigotti, Christophori Caroli Rigotti, Iacobi Antonii Rigotti, Ioannis Baptisate Salvadorii, Mathaei Salvatorii medici, et forsitan aliorum. Fuit itidem patria Francisci Tranquillini, qui egit Praetorem Roboreti ab an. 1698 usque ad 1701, et iterum ab an. 1705 usque ad an. 1710. Assessorem autem Clesii, seu Vallium Anauniae, ac Solis ab an. 1693 usque ad an. 1698. Murienses a conterminis dicuntur *li Moreschi*, quos inter sunt familiae *Moreschinorum*. Anno 1339 *Murii* Communitas habuit 95 focos Vicario in temporalibus Nicolai episcopi Tridentini subiectos. Astrologus Montis Baldi, sed malus, pro anno 1790, Cantu 12 cecinit:

Mori

*Nemico capital degli'impostori*⁷⁰.

Murii typographium posuerunt anno 1790 Aemilianus Michelinus Arcensis, et Stephanus Tetoldinus Vicentinus.

116. Mediomontium, *Mezzomonte*, vicus Fulgariae cum curato, cuius meminit Spergesius. Appellavi *Mediomontium* sicuti *Sottomonte, Piemonte* dicuntur *Submontium, Pedemontium*.

117. Sanctus Martinus, *San Martino*, locus in vertice montis Celi, supra Pomarolum, cum ecclesia S. Martini, et eremicolae habitatione. In catalogo quodam authentico ecclesiarum Tridentinae dioecesis an. 1309 scripto, aub rubrica *Vallis Lagari* octavo loco memoratur *Ecclesia S. Martini de Trasandario inter Ecclesiam S. Christophori de Pomarolo, et Hospitale S. Antonii*. Rectissime *de Trasandario* dicta fuit, etymologia ducta a verbo ire, atque ab adverbio trans⁷¹. Nunc dicitur vulgo S.

⁷⁰ Sed poeta nomine *impostorum* intelligit viros bonos, et pios, quia ipse est pessimus, etsi presbyter.

⁷¹ *Tras-andare*.

Martino di Trasiello, spectatque ad curatiam pedersanensem. Ibi fui et ego pluries ante annum 1744. *Trasiel* dictum fuit etiam in chartis antiquis.

118. Mattasson, vicus Vallarsiae, quem recte Hieronymus Tartarottus Mondo antico pag. 35 *Mattasson*⁷², male autem Spergesius Matusum adpellat. Maginus tabula 22 et 31 scribit Mutuson, ipsumque posuit non in planitie alana, sed in valle praedicta, secus ac alii putarunt. Scribitur et *Matason*. In Statuto Roboretano *Matasson*. In 18^a Magini tabula scribitur *Manison*. Infra 156.

119. Manzanum, *Manzano*, locus Gardunensium, dictus *Manzanum Plebis Garduni* an. 1339. *Manzani Castrum* occurrit ad an. 1314, quo dictum est in *Plebatu Gardunu*. Quidam *Hermannus de Manzano* fuit Veronae anno 1140 sed an etiam Veronensis patria nescio. In charta Tridentina an. 1314 pro *Manzanum* legi *Marzanum*. Forte melius *Mansanum*, aut *Mantianum*, ob alibi dicenda. An. 1339 *Manzanum* habuit 16 focos Vicario in temporali episcopi trid. subiectos. Est inter Vallem, et Nomesinum. Inter scriptores Ordinis Praedicatorum recensetur quidam R.P.F. Melchior de Manzano, sed fuit hispanus. Claruit an. 1629. Videsis Echard. To. 2 pag. 531, col. 2.

120. Memola, mons Alani territorii, cuius meminit Ioannes Baptista Blancolinus *nelle Notizie storiche delle chiese di Verona* Lib. 3, pag. 254, edit. vero. 1750, dicens: “Iacopo del Cercolo nostro cittadino con suo testamento 24 agosto 1498 lasciò a questo Pio Luogo (*idest Domui Pietatis Veronae*) molte possessioni, fra le quali nel distretto d’Ala di Trento la Montagna detta Memola, la cui rendita ascende annualmente a cento e più ducati”. In Calabria est pagus clarus dictus *Mammola* penes Barrium, et Acetum L. 3, c. 13. Vide nostrum To. 3 epist. 664.

121. Muratium, seu Muratius, *il Murazzo*, locus angustus ad laevam Athesis, Callianum inter et Aquavivam, sic appellatus ab alto muro inibi adhuc exstante, quo ut fama fert, olim Tridentinorum, Venetorumque confinia designabantur. Iacobus Tartarottus libellum suum Inscript. Lagarianarum ita exorditur: *Giace* la Valle Lagarina, ora quasi intieramente nel Tirolo compresa, tra Trento, e Verona, ed ha il suo incominciamento dal passo detto *il Murazzo*, otto miglia di qua da Trento da settentrione, estendendosi da mezzo girno fino alla Chiesa veronese”. Eumdem locum munitiorem, et angustiozem reddiderunt hoc anno Austriaci Francos timentes.

122. Montarionus, *il Montarion*, mons ad laevam Athesis supra Burgetum, de quo Spergesius.

123. Macera, *Masera*, vicus Besenellensis parochiae, templo parochiali proximus, ac ideo sub Besenelli nomine passim notus. In Piceno est *Macerata* urbs episcopalis. Novissime defunctus Licianensium archipresbyter Dominicus Leonardellus fuit Maceranus, seu de Macera Besenelli. Anno 1580 vixit Iacobus a Masara Besenellensis latine, ac italice *dalla Masara* dictus.

⁷² *Mattassonum* est vicus Vallarsiae cum capellano exposito, in Clerologio trid. 1803, dictus *Mattassonum* in Clerologio 1793, et *Matassonum* cum primissario in Clerologio 1789.

124. Sanctus Maurus, *San Mauro*, vicus Trambeleni, de quo Spergesius, et Iacobus Tartarottus. Eiusdem occurrit mentio ad an. 1470. In Roboretano Statuto antonomastice nominatur *la Chiesa*.

125. Mosellari, de quo infra verbo Nucellarii numero 139.

126. Mons Antilonius, et Mons Altiloncinus, *Monte Antilone*, et *Monte Antiloncino*, duo montes versus Montem Baldum, recensiti ab Spergesio.

Mons Cornelus, *Monte Cornetto*, mons Fulgaritanorum, de quo Spergesius.

127. Mons Cosmagnonius, *Monte Cosmagnon*, mons Terragnoli ab Spergesio, et a diplomate an. 1472, apud quod pariter *Cosmagnon* appellatur, memoratus.

128. Mons Buffalonius, *Monte Buffalon*, mons Vallarsiae, cuius mentio ad an. 1472.

129. Mons Sanctae Catharinae in Vallarsia versus Vicentinos, de quo pariter ad an. 1472.

130. Mons Campi Bruni, et Mons Rotundae, duo montes apud praedictum Montem Sanctae Catharinae, de quibus ad an. 1472.

131. Mons de la Musca in Valle Arsia versus Vicentiam, sic appellatus ad an. 1472.

132. Mons Finonchius, mons Praeturae Roboretanae, ab Spergesio memoratus.

133. Mons Baldus, *il Monte Baldo*, de quo supra num. 19, radices habet in Lacu Gardae, in parochia Nacena, in Muriensi, et in Aviensi. Ad an. 1340 scriptum fuit, quod *duae partes Montis Baldi, et plus pertinent episcopo Tridentino, subintellige in temporalibus, ab Atace usque ad Lacum de Garda, et usque ad Pratum Monimentorum, sive ad Campum Campioni versus Veronam*. Recte igitur a P. Honuphrio Panvinio Veronensi dicitur *parte delle montagne di Trento*. Idem Mons dicitur *Mons Sancti Ubaldi, quasi repertorium artis botanicae*, ab Abrahamo Gölntio Hafniensi in Compendio geographico scripto an. 1642, ac reimpresso Vittebergae an. 1671, p. 232.

134. Muantia, *Muanza*, vicus Trambeleni sic a Magino appellatus. Sed vero nomine *Vanza* dicendus, prout passim oretenus, et in Roboretano Statuto nuncupatur. Latine *Vantia* anno 1571.

135. Mattilori, vicus Terragnolensium, in quo existens ego anno 1745 cum sociis vix audire potui a muliere quadam eius nomen.

136. Numium, *Nomi*, pagus ad dexteram Athesis, e regione Avolani, inter Clusolas, et Aldenum, cum curato villani archpresbytero suffraganeo. *Nomium* dictus est anno 1188 et aliis annis. *Numium* vero an. 1198, anno 1204, 1243 et sequentibus. Praedicto anno 1198 vixit vir nobilis *Petrus de Numio*. Anno 1488 occurrit mihi *Castrum Numii*. Anno 1339 *Nomium sub castellantia Castelbarchi*. Parvi, sed accessu difficilis Castri,

quod olim eidem imminens fuit, ruinae tantum hodie videntur. *Castrum de Nomio Plebis de Lagaro* dictum est an. 1340, fuitque Tridentini episcopi⁷³. Territorium Numiense licet angustis limitibus circumscriptum, nulloque alio praestans pago, singularem ditionem constituit, quam hodie possident barones Fedrigatii, eodem in loco residentes, idque ab an. 1657 quo serenissimus Ferdinandus Carolus archidux Austriae, ac Tirolis Comes, pro septuaginta millibus florenis vendidit *Castrum et Comitatum Numii* domino Michaeli Fedrigatio⁷⁴. Fuit antea nobilium de Castelletto; nam Michael Angelus Marianus in *Trento* p. 315 ac seq. describens tumultum rusticorum Tridentinae dioecesis, qui contigit anno 1525, ait: “Pietro Busio, o sia Castelletto, signor di Nomio, uomo d’egregie qualità, mosso a compassione dell’afflitta patria s’era messo in capo di poter egli sedare la moltitudine, come in fatti a tal fine uscì di Trento, e si portò a Nomi sua giurisdizione. Colà datosi a perorar a’ villani, tra gli altri a’ suoi vassalli, gli esortò con vigore alla fede del vescovo. Ma ingelositi i rustici, ch’egli o si volesse far capo, o macchinasse tradirli, o che ne fossero mal contenti, lo condannarono vivo alle fiamme per sentenza pubblica, che fu eseguita li 13 luglio con estremo *cordoglio della città*”. Maximilianus Comes de Mohr in Descriptione Comitatus Tirolensis inedita recensens *Le Famiglie Nobili Provinciali del Tirolo dell’anno circa 1000 fin all’anno 1500*, inquit: *Castelletti Bussi nobili signori di Nomi an. 1234, poi Conti. Estinti*⁷⁵. Leonardus Columbinus anno 1547 in suo poemate, cui titulus *Il Trionfo Tridentino*, plurimas Tridentini coeli matronas laudans, viventes nominat *le Signore da Nomi*. Eisdem successerunt nobiles Tabarelli Tridentini. Unde an... claruit *Donatus Vincentius Tabarelli de Fatis S.R.I. eques, dominus iurisdictionis Numii, et Castrum Viguli, sacrae theologiae auditor* in Graecensi universitate, laudandus in Bibliotheca Tirolensi. Occurrit etiam anno circiter 1715 *Nicolaus Antonius Tabarellus de Fatis, dominus Castrum Viculi, et Numii, I.U.D. et Comes Palatinus*. Ianus Pyrrhus Pincius in *Vitis Pontif. Trident.* Lib. 9, fol. 72, col 2 casum Petri Busii referens ait: *Petrus Busius civis egregius... deliberat in Nomanum egredi... cum domesticis egressus Nomum pervenit, circiter octo milliaria ab urbe distans oppidum ad citeriores Athesis fluminis ripas positum, quod ipse a parentibus suis traditum tenebat. Iubet etc.* Haec et alia multa refert Pincius qui Numienses appellat *Nomanos*. Occurrit mihi Castrum Numii etiam ad an. 1424. De quo Castro agit et Gerardus de Roo in *Hist. Austr.* ad an. 1488 ubi ipsum appellat *Nomium*. *Sub ditione* Castrum Numii fuisse dicitur anno 1464 etiam *Pomarolum*⁷⁶. Anno 1695 fuit archipresbyter Monterchii in dioecesi Sancti Sepulcri *il gran poeta Federigo Nomi*. Nostrum Numium natales dedit Ioanni Baptistae Pergamo (Pergenio),

⁷³ Anno 1511 die 2 martii Maximilianus imperator vendidit iurisdictionem et castrum Numii, feudum Mensae episcopalis Tridenti, cum mero, et mixto imperio, pro rhenensibus 10.800 Peregrino de Buxiis Castelletti de Mediolano. - An. 1469 fuit sextus consul Trid. Pelegrinus apothecarius filius magistri Petri Busii sartoris de Mediolano.- An. 1516 nob. Petrus Buxius q. Pelegrini fuit investitus ab episcopo Trid. de Dosso Numii, super quo erat castrum. Magnificus dominus Pelegrinus de Bussis de Tridento, dominus et princeps iurisdictionis Comitatus Numii post 1500. - In Statutis Trid., Lib. 1, c. 107 fit mentio *Castrum Numii* e regione *Caliani*.

⁷⁴ NB. Zannotto Visconti di Castelletto fu abate di Arona sul Milanese nel 1380.

⁷⁵ Anno 1566 indictione 9 vixit magnificus et illustris dominus Petrus Castelletus, dominus Numii, filius quondam magnifici et illustris domini Ioannis Peregrini. Ita charta coram eo scripta per Gasparem de Nicolis de... dio, fq. egregii viri domini Iacobi cancellarium et habitorem iurisdictionis Numii Vallis Lagarinae. Anno 1666 die 6 februarii Tridenti in monasterio s. Michaelis obiit Mater soror Anna Carolina Castelletta de Numio Clarissa chorista. Anno 1488 vixit spectabilis et strenuus vir ser Ioannes Bernardus Pellegrinus de Venetiis, conestabilis illustrissimi Ducalis domini Veneti in Castro Numii.

⁷⁶ Anno 1462 spectabilis Hainricus Stangius capitaneus Castrum Numii vixit. - Daniel Stangius auctor primae classis prohibitus.

qui ceu funambulus, et gesticulator insignis, dictus antonomastice *Il non plus ultra*, una cum Francisco fratre suo, et aliis, Europam fere universam peragravit, penesque omnes principes, etiam supremos, immo etiam Turcarum Monarcham, mirabilia in arte sua, quaecumque demum sit, fecit. Nunc (viventem adhuc puto: infra num. 320) sano ductus consilio paterno, lares incolit, acquisitisque divitiis fruitur. Funambulorum agere coepit secreto, quum esset Roboreti nobilium Rosminorum famulus⁷⁷. Franciscus Sansovinus Venetus *nell'Origine delle famiglie illustri d'Italia, de' Castrobarcensi* loquens ait pag. 65: *Gli antichi di questa Famiglia fabbricarono oltre il Castel Barco nella Valle di Lagara sul Trentino, molte altre Castella, cioè Nomi, Castellano, Castelnovo, che solea chiamarsi Castel Barco novo, Predaia, Brentonico, Avi, Lizzana, Roveré, la Preda, Beseno, ed altri.* Haec Sansovinus. Pagus noster dicitur *Nomi* etiam a Magino, Spergesio, et Clusolo. De *Nomio* filio Apollinis ex Cyrene filia Spei Regis Thessaliae, fabulantur poetae, ac alii scriptores profani. Anno 1619 vixit *Nicolaus Nomi* Sacrae Theologiae Lector et cathedralis Harlemensis decanus. Anno 1507 die 2 dec. Pelegrinus de Busiis civis Tridentinus fuit investitus de Dosso Numii, super quo erat Castrum, ab episcopo Tridentino Georgio. Vide infra num. 316.

137. *Novarna, Novarna, et Noarna*, vicus parochiae Villanae in planitie ad dexteram Athesis. Occurrit *Novarna* in tabulis an. 1220, 1307, 1314, 1571. *Novarna sub gastaldia Castelnovi* an. 1339. A . *Delaidus notarius civis Tridenti filius quondam domini Pacis, olim domini Bonifacii de Novarna de Valle Lagari Trid. dioecesis* vixit anno 1307. Patronymice *Novarnaeus, Novarnitanus, et Novarnesis*. Etiam ab Antonio Clusolo dicitur *Novarna*. Anno 1339 fuerunt subiecti Viacrio in temporalibus episcopi Tridentini *Nicolai duodecim foci Novarnae*. Anno 1782 scriptum Villae: *Noarna Parrocchia di Villa Lagarina*.

138. *Norilium, sive Orilium, Noriglio, vulgo Norei⁷⁸*, pagus montanus cum curato Roboretani archipresbyteri suffraganeo, inter ipsum Roboretum, et Terragnolum situs. Eiusdem vici sic nominantur in Statuto Roboretano, ubi taxatur stipendium satellitum illuc euntium: *Balteri. Campolongo. Fontani. Bosco. Beccaché. Costa. Sentér. Moietto. Canton. Citerna. Giori. Preda. Geriosa. Manfrin. Saltaria, Zaffoni. Sega*. Italice dicitur *Noriglio* etiam a Clusolo, et a Galliciolo. Latine quoque appellatur *Norilium* ab Ambrosio Franco arcensi, qui obiit an. 1611 aetatis 52. *Noreium* in tabulis an. 1436, et 1472. *Norreium Vallis Lagarinae* in alia an. 1540⁷⁹. *Orillum Plebis Lizanae* in alia an. 1377. *Orilium* in alia an. 1373, et 1343. Qui ipsum adit, ire dicitur *in Norei*. Puto dictum *Norilium* pro *Orilio*, sicut *Aldenum* dicitur male *Naldenum, Olasium Dolasium, Ardinum Dardinum, Ennum Denum*. In Carnia, seu Foroioilio est urbs dicta *Noreia* olim, nunc *Goritia*, ut quibusdam placet. Statuta roboretana dicunt *Noriglio*. Noster Pater Hieronymus Cassina in Vitis Fratrum manuscriptum *Origlio*.

⁷⁷ Il nsotro Giambattista Pergen di continuo è in giro per le provincie d'Europa, e quantità grandissima di danaro ammassa co' suoi giuochi di mano, e d'equilibrio, ne' quali supera forse, quanti mai furono al mondo. Ita Hieronymus Tartarottus nell'*Apologia del congresso notturno delle Lammie* pag. 202, edit. venetae 1751. Vivunt hoc an. 1787 *Francesco, e Giambattista fratelli Pergami di Nomi*. Sic se scribunt.

⁷⁸ Montanea Norigiae Vallis Lagarinae anno 1439. *Iacobus Trentini de Orilio fuit Rovredi* anno 1343.

⁷⁹ *Norillium* in tabulis an. 1571.

139. Nucellarii, *i Nocellari*, vicus Fulgariae, qui natales dedit nostro P. Hippolyto Graserio viro piissimo, doctissimo, et scriptis etiam editis claro. Dicitur *Nosellari* ab Spergesio, et passim oretenus. *Moselari* autem a Matthaeo Seuttero Augustano, a Magino, et ab aliis geographis. Laudatus Graserius se se scribere consuevit da *Nocellari*, vel di *Nocellari*, non vero *dai Nocellari*, aut *de' Nocellari*, et quidem recte sicuti legere est *da Lintri, da Chieti, da Velletri, da Spoleti, da Vercelli, da Patti, da Poppi, da Pistizzi, da Viacri, da Lumi, da Ascoli*, et multi aliis similis nominis urbibus, ac locis. Vicus noster dici posset etiam *Nucellarium*, quemadmodum *Spoleti, Sutri, Ascoli, Poppi*, dicuntur *Spoletum, Sutrium, Asculum, Puppium*.

140. Nogaretum, *Nogaredo*, vicus inter Castrum Novum, et Villam situs, eidem Villae nomen tribuens *Villae Nogareti*, seu *Villa di Nogaredo*. Appellatum reperi *Nogaredum sub gastaldia Castelnovi* an. 1339. *Nogaredum Vallis Lagari* an. 1384. *Nogaredum Plebis Lagari* an. 1412, quo vixit *Simon f.q. ser Bartholomaei Maxani de Nogaredo Plebis Lagari Vicarius in iurisdictione Castrum Novi*. Vixit an. 1413 quidam *Providus vir ser Antonius notarius civis et habitator Tridenti, quondam ser Bonifacii de Nogareto allis Lagarinae dioecesis Trid. yconomus et syndicus dominarum monialium monasterii et conventus Sanctae Margarae de Sorbano de subtus Hospitale s. Mariae Maioris de Tridento Ordinis Fratrum Praedicatorum*. Attamen scripsit *Nogaretum* Ioannes Sebastianus Vespignanus de Imola Praetor Roboreti voto suo 57; Iosephus Innocentius Festus de Villa I.C. in sua *Deductione pro barone de Piamarta edita Viennae* an. 1773. Sicque merito scribi potest, uti etiam Roveredo nunc dicitur *Roboretum*, et *Albaredo, Asparé, Castagné Erbé, Malé, Piné, Olivé*, dicuntur *Albaretum, Asparetum, Castanetum, Herbetum, Maletum, Pinetum, Olivetum*⁸⁰. Ab Antonio Clusolo nominatur *Nogaré*, ab Spergesio *Nogaredo*. A Magino pariter *Nogaré*. Marianus pag. 575 ait, quod *nel giardino di Nogaré vi regnano limoni, e cedri di ottima qualità*: dein pag. 577 commemorat *il Palazzo di Nogaré*, scilicet dynastarum Comitum de Lodronio. Patronymice *Nogaretanus*. Cave ne hoc *Nogaretum* confundas cum *Nogaredo Plebis Pergini*, quod an. 1166⁸¹ *Nogara* germanice, *Nogaredum de Perzino* an 1417, et *Nogaretum Plebis Perzini* an. 1527 cruptum reperi. Anno 1339 numeravit *Nogaredum Lagarinum* 56 focos Vicario temporalis Trid. episcopi subiectos.

141. Sanctus Nicolaus, *San Niccolò*, vicus Terragnoli prope Lemni dexteram, unde originem suam hausere illustres familiae Roboretanae a *Santo Nicolao* nuncupatae. Recensetur *San Niccolò di Terragnolo* ab Spergesio, et in Statuto Roboretano. Patronymice *Nicolaitae*, vel *Nicolaitani*. Idem *S. Niccolò* memoratur etiam ab Antonio Clusolo num. 56 *del Vescovado di Trento* post Terragnolum, et antea Saltariam. Ego ipsum praetermissem, quia modicum nimis est, nisi ab aliis invensissem recensitum. Barrius pagum Calabriae dictum *San Niccolò*, appellat uni verbo *Nicolaum*. Nunc scilicet anno 1800 Terragnolensem habet curatum.

142. Nemus Foresti anno 1212 occurrit mihi ceu situm in pertinentiis Alae Lagarinae.

⁸⁰ Antichi sono i nomi che dinotavano congerie d'alberi, come *Albaré, Roveré, Castagné, Olivé*, e simil che furono *Arboretum, Roboretum, Castagnetum, Olivetum*. Maffei Ver. Illustrata parte 1, col. 130.

⁸¹ *Come detto sopra questo documento del 1166 è un falso!

143. Nusdorffium. Sic germanice dictum est anno 1532, diciturque nunc etiam passim a Fulgariensibus, ac Terragnolitanis *Avolanum*, de qua supra num. 13. Exstat et *Nusdorffium* pagus Austriae. Anno 1540 claruit Blasius de Nusdorff marescalcus haereditarius Aulae Salisburgensis: et an. 1560 Ioannes David de Nusdorff itidem marescalcus Salisburgensis Aulae. Udalricus Nusdorff anno 1451 fuit episcopus Pataviensis.

144. Nomesinum, *Nomesino*, vicus supra Castrum Novum, intra limites parochiae Gardunensis. Anno 1280, et 1289 occurrit *Castrum Nomesinum Plebis Garduni*. Anno 1339 *Nomessinum Plebis Garduni*. Anno 1340, et 1472 *Castrum Nomesini*. Anno 1480 *Villa Nomesini*. Anno 1542 *Nomesinum*. Iacobus Tartarottus nel *Saggio della biblioteca Tirolese* pag. 72 ait: “Nomesino è villa, ch’avea Castello, posta nella montagna sopra Mori. Fu posseduta per molto tempo dalla nobilissima, e antichissima famiglia di Castel-Barco, finché introno al 1439 essendo venuta in potere de’ Veneziani la incorporarono alla Pretura di Rovereto insieme con *Manzano, Mori, Tierno*, ed altre ville, ch’erano sotto la giurisdizione di Castel-Albano: non nel 1411, o 1487 come si ha in certe scritture legali; perché nel 1411 i Veneti s’impadronirono di soli tre Vicariati, cioè Brentonico, Ala, e Avio, non già di Mori, e degli accennati luoghi, e molto meno di tutta la Val Lagarina, come da molti si crede; per la pretesa eredità fatta da Azzon Francesco di Castel-Barco, il quale di que’ tre soli Vicariati era signore. Il che tutto si cava evidentemente dai privilegi concessi dalla Repubblica ai luoghi suddetti. Nomesino poi stette soggetto a Rovereto sino al 1509, intorno al qual tempo, o poco dopo fu dato ai signori Conti di Lichtenstain, che ancora al presente lo possiedono”. Ita Tartarottus; cui addo, quod Nomesinum modo est pars iurisdictionis Castrocornensis, seu Hiserianae, quam Paulo non Comiti, sed nobili de Lichtenstein tirolesnsi, fratri forsan suo, in feudum dedit Udalricus de Lichtenstein episcopus et princeps Tridentinus post obitum Matthaei CastroArcensis anno inter 1496, et 1505. Celsissimus ac R. mus dominus Franciscus Felix Comes de Albertis de Enno episcopus et princeps Tridentinus in sua Relatione ad Limina Apostolorum de statu Ecclesiae Tridentinae data Trid. die 20 decembris 1760 Romamque allata per eius nepotem tunc equitem, et canonicum, nunc vero Comitem, et decanum Tridentinum Sigismundum Antonium Mancium, *Quae in publicam utilitatem Deo iuvante peregi*, praeter alia inquit: *Iseriense feudum a Comitibus Lichtenstainiis diutissime possessum, erogati aliquot florenorum millibus feliciter vindicavi*; rebus (supple) antea compositis per celsissimum praedecessorem Leopoldum Firmianum. Quoniam de Iseriana ditone dictum heic fuit, addo, quod exstiterit eiusdem Vicarius nobilis vir Nicolaus Ferdinandus Rosminus de Roboreto, I.U.D. ac tandem ab anno 1737 noster pius et eruditus confrater dictus Pater Ambrosius. Item an. 1764 Marcus Azo Clusolus Clusolaens I.U.D. et poeta laudandus in Bibliotheca Tirolensi cum praefato Rosmino. Quidam *Hieronymus quondam Floriani de la Luchesa de Nomesino* circa an. 1525 solum vertit, et Roboreti domicilium suum fixit, ubi genuit *Ioannem de Florianis de Nomesino*, qui anno 1571 die 3 martii effectus est civis Roboretanus, fuitque pater illius Iosephi de Florianis, qui tandem anno 1603 die 8 septembris filiam genuit, quam Iacobus Tartarottus in citato *Saggio* pag. 70 iure ac merito nuncupavit *il maggior fregio di Rovereto per le sue pregevolissime doti, e miracolose operazioni*, videlicet Venerabilem Dei famulam Ioannam Mariam a Cruce, fundatricem monasteriorum S. Caroli Roboreti, et S. Annae Ausugii, sanctitate vitae, atque scriptis illustrem. Notandum, quod in Gallia sit oppidum Ducatus titulo insignitum, et appellatum *Nomesinum*, vulgo *Nemours*, ad Lupiam fluvium. Ego fui

Nomesini anno 1755 die 26 augusti. Locus est pauper, in alto positus, unicum presbyterum pro rebus sacris habens. Nostrum *Nomessinum* an. 1339 habuit 20 focos Vicario temporali episcopi Tridentini subiectos. A Petro Zagata ad annum 1441 dicitur *Lomesin*.

145. Olanum, *Olano*, de quo dictum num. 13, verbo *Avolanum*. Exstat *Olane*, dictum etiam *Volane*, unum ex septem Padi ostiis, cum pago inter Ravennam, et Clodium, teste Ferrario. Est insuper *Olane* urbs Armeniae maioris, Baudrando referente⁸². *Olanus Rex Italiae Olanum condidit anno Mundi 2599, quod postea a Medone Duce Insubrum auctum, Medionalum dictum est*. Sic Theatrum Beyerlinchii edit. Lugd. 1656 To. 5, pag. 67, col. 2, verbo *Magistratus*.

146. Opulus, vel Opulum, aut Oppium, locus agri muritani, seu Muriensis, de quo supra num. 99, verbo *Loplum*. Ferrarius habet: *Opula, insula maris Aegaei, Oppidum habens eisudem nominis*, dictum etiam Piperi. Anno 1286 21 septembris scripta fuit charta sollemnis *in pertinentiis Opli supra Dossum Arandini*. Vide num. 319.

147. Orsanicum, Orsenicum, et Ursanicum, *Ossenigo*, vulgo *il Senig*, pagus ad laevam Athesis inter Pirum, et Burgetum⁸³. Il libello, cui tit. *Iura Ecclesiae Tridentinae, quae sunt in Valle Lagarima Trid. Dioecesis* circa annum 1340 scripto, legere est: “Nota, quod tota iurisdictio indifferenter tam magnatorum, quam parvulorum, sive nobilium, sive popularium per totam Vallem Lagarinam ab utraque parte Atacis tam in montibus, qum in plano pertinet dicto domino episcopo Tridentino, et episcopatu eius usque ad Villam de Ursinigo, et ibi est terminus confinium territorii Tridentini, et Veronensis in media Villa praedicta”. Haec ibi. In quibusdam actibus S. Vigili Tridentini habetur, quod Theodosius imperator, huius nominis primus, vita functus an. 395, *eius ecclesiae Vallem Lagarinam cum Ursinico contulit*. Idipsum testatur et Fr. Bartholomaeus de Tridento Ordinis Praedicatorum scriptor an. 1240 in Vita s. Vigili Ursanicum appellans praedictum pagum. Anno 1202 *Conradus Episcopus Tridentinus iure recti feudi investivit dominum Tebaldum de domino Turisendo de Curte Orsinici in integrum, quae confinat cum Curte Piri sicut trahit summitatem montis usque in Athesim, et usque ad Corobiolum, quod est a capite de laboratis de Hospitale de Sargnis de subtus usque ad summitatem montis*. In codicillo Notherii episcopi Veronensis scripto die 15 novembris 928, aliis 927, legitur: *de quantum habeo de res meas in Liciana, et Marco, sive et in Sarnes, cum silvis et pratis, et vineis, et duas massaricias in Ursanico, una quae regitur per Etulo liberum hominem, et alia quae regitur per Farao liberum hominem*. In testamento autem Bilongi Veronensis episcopi de an. 847 idem *Ursanicus* nominatur *Gussenaggia*, teste marchione Dionysio in libello *Apoloetiche Riflessioni* pag. 36, et in Exposit. tab. topographicae Veronensis verbo *Ursanicus*. Torellus Sarayna Lib. 1 Hist. Veron. fol. 12, col 2, inquit: *Il Castello d’Orsenico posto nel capo della Valle L’Agharina fu dato ad Eccelino di Romano da Turrisendo de Turrisendi nel 1240*. Anonymus Muratorianus in Vita Ricciardi Comitum Sancti Bonifacii, allegato Hieronymo Rubeo Ravennate, dicit: *Arcem Ossenici montanam, ac poene inespugnabilem, quam Ribaldus Turrisendus iam dudum occupatam, latrociniiis infamem reddiderat*. In tabulis Ecclesiae Veronensis apud Ughellum occurrit ad annum 1278 *Ecclesia s. Mariae de Orsenico Veteri*, in aliis

⁸² *Olanum* civitas Barberiae in Africa. Ex Dict. Portat. Vosgenii verbo *Tezela*.

⁸³ Vide infra n. 213.

eiusdem anni *de Orxenico Veteri*. Dicitur *Ossenigo* a marchione Dionysio, ab equite, nunc barone Spergesio, a Bonello nostro, ab Hieronymo Tartarotto, a Magino, et aliis. Theodosianam *Ursinici* donationem inficiatur, et explodit Iacobus Tartarottus in Proemio Inscript. Lagar. verbis relatis supra num. 95, pag. 73. A Vercio in Historia Eccelin. To. 1, pag. 344 nominatur Orseniga praedictus locus: et To. 1, pag. 195 *Ossenigo Castello e per la natura del luogo e per la grossa guardia tenuta da Turrisingo stimato quasi inespugnabile*.

148. Orillum, sive Orilium, de quo iam dictum superius num. 138.

149. Paldum parochiae Muriensis versus Brentonicum, de quo supra num. 19, verbo *Baldi Castrum*.

150. Plebs⁸⁴, *la Piove*, quae recte dicti etiam posset Plebium, sicuti *la Nave* supra Pressanum appellatur *Navium* in Annalibus Fuldensibus ad an. 888, ubi legitur, quod Berengarius *et a rege est clementer susceptus, nihilque ei antequaesti regni abstrahitur: excipiuntur Curtes Navium, et Sagum*, subditque Ioannes Georgius Echardus *Rerum Francicarum* Lib. 31, § 367, *ubi curtis, sive villa regia Navium olim fuit, nunc vicus est vulgo la Nave dictus, ad amnem cognominem, qui paulo supra Tridentum in Athesim labitur*. Ludovicus Antonius Muratorius coniecturam admittit To. 5 *degli Annali d'Italia* ad an. 888 dicens: *Vuole l'Eccardo, che Navium significhi una villa situata sopra Trento, ed appellata oggidì la Nave, e può stare. Ma non già, che Sagum diventasse poi città, ora perduta, da cui trasse il nome Sagris picciolo porto di Comacchio alle rive dell'Adriatico, appellato oggidì Porto di Magnavacca. Non può stare, che Arnolfo si facesse cedere quel sito troppo lontano da' confini de' suoi Stati*. Vide Hieronymum Tartarottum *nelle Memorie antiche* pag. 38, cui addo, quod *Sagi* nomine potius *Saccum*, vulgo *Sag* nostri Lagari pagum cum vado, sive Portu celebri ego accipiendum puto. De Navio, et Sacco alibi; de *plebe* autem supra num. 102, verbo *Liciana*. Dicitur *Pieve* etiam a Matthaeo Seuttero augustano⁸⁵.

151. Pobesenum, vel Posbisenum, *Drebeseno*, vicus ad radices montis Beseni versus Fulgariam. Appellavi *Pobesenum*, vel *Posbisenum*, quia etiam horae, quae sunt *dietro*, sive dopo il mezzodì, appellantur *pomeridianae*, dies post Calendas, vel Nonas, aut Idus mensis dicitur *postridie*, pars adversa nummorum *postica*. Lagarini autem pro *dietro* dicunt *Dre*. Sic dicitur *Poscritta*, *Posposto*, *Posdomani*. In tabula Annichiana⁸⁶ dicitur *Tre Beseno*.

152. Pirum, seu Perium, *Peri*, pagus inter Orsenicum et Dulcehum supra Clusam Veronensem, in episcopatu Veronensi, ac dominio Veneto. Distat Verona 20 P. M. Commemoratur a Magino, Seuttero, et Sperrgesio. Ab alio Veronensi antiquo dicitur *Peri*, *villa della Valle de Lagri*. Supra num. 147 ad an. 1202 nominatam audivimus

⁸⁴ Plebs absque alio addito pluries dicta fuit Lizana an. 1571.

⁸⁵ Arnulphus rex suum exercitum anno 888 tempore autumnali in *Tridentinos* Italiae fines movit secundum Annales Freherianos ad an. 888, ubi *Berengarius in oppido Tarentino regi (Arnulfo) se praesentavit. Ob id ergo et a Rege est clementer susceptus, nihilque ei ante quaesiti regni abstrahitur: excipiuntur Curtes Navium, et Sagum*, sive potius *Asugum*, cuius reliquiae in hodierno Burgo Vallis Suganae. His ergo Curtibus Navis et Asugo sibi retentis etc. Ita Reschius saec. 9, pag. 247.

⁸⁶ * Dell'Anich.

Curtem Piri. Nunc ibi est Postae ordinariae statio. Celebris abbas Benedictinus Ioannes Trithemius in suo libro de Scriptoribus ecclesiasticis cap. 835 recenset *Henricum de Piro*, se ipsum dicit *natione teutonicum, ex civitate Coloniensi oriundum, Ordinis Carthusiensium, professum domus S. Barbarae in eadem civitate, ante Ordinis ingressum, doctorem utriusque iuris subtilem, et famosum*. Plura ipsius opera enumerat, et ait claruisse anno 1470. In libro autem de Script. German. cap. 205 eundem appellat Henricum de Colonia. Quidam *Domenico Peri* mercator Genuensis, scripsit librum sub tit. *Il Negoziante*. Anno 1414 fuit unus et Concilii Constantiensis procuratoribus et promotoribus *Magister Henricus de Piro*. An. 1438 fuit pestilentia *in la Villa de Peri in la Valle de Lagri*. In Tansilvania, quoque est Pirum civitas, metropolis Comitatus Pirensis, et clara vinis optimis. An. 1189 fuit Tarvisii Bonifacius de Piro. An. 1164 in diplomate Friderici primi imperatoris inter iura Bonifacii Comitis Veronensis recensentur quaedam in locis Mizolis, Piris, et Dulceis, Marano, Clusa Volerno, in Valle Pulicella. In dioecesi quoque Tarvisina an. 1152 fuit *Plebs s. Petri de Piro*. Fuit ibi etiam abbatia vetusta.

153. Panonium, *Panone*, vicus montis Gardunensis, cum curato sub se quadringentas circiter animas habente. Dicitur *Panonum Plebis Garduni* ad annum 1339, 1389, 1470. Exstat alius pagus dictus *Panon* inter Basileam et Buxellas, sive inter Basileam et Metas Lotharingae, recenseturque in Itinerario Bononiensi, videlicet in libello Bononiae per Gasparum de Franc. edito an. 1750 sub tit. *Viaggi per diverse parti del mondo*. Noster passim dicitur *Panom*, et latine *Panomum*, quia Lagarinis familiare est dicere *Bom, Tom, Casom, Bottom* pro *Bono, Tono, Casone, Bottone*. Ferrarius habet: *Panionium, oppidum erat in ora Ioniae contra Samum insulam*. Baudrandus: *Pannonia, Cretae urbs fuit*. Metropolis Siciliae nominatur *Panormus*, ac *Panormum*: unde fit panormitanus. Exstat et *Pannonia* regio notissima. Utroque modo igitur et nobis scribere licet vel *Panonium*, vel *Pannonium*. Est inter Vallem, et Clanisium.

154. Pathonium, seu Patonum, Pathonum 1571, *Patone*, vicus Castro Cornu proximus, in parochia olim Lagaritana, hodie Hiseriensi. Ad an. 1339 dictus est Patonum *sub castellantia Castricorni*. Anno 1512 vixit *Egregius vir dominus Gulielmus quondam ser Dominici Fraporti de Patono honorabilis Vicarius Iseriae pro nobili domino Paulo de Liechtenstein barone caesareo, et domino Castricornu*. Anno 1571 *Blasius filius Gulielmi Fraport a Pathono*. Ex quo infero, quod Patonienses origine haberi queant illi nobiles Roboretani, qui *de Fraporta* nunc appellantur, olim dicti *Fraporti*. Eidem Patonio suam originem habuit etiam Comes Petronius Roboretanus, etsi ultimam habuerit a Nogareto. Anno 1339 Patoni fuerunt 29 foci subiecti Vicario temporali Nicolai episcopi Tridentini. An. 1351 vixit Nicolaus quondam Iacobini dictus *Cocconi da Patom*. Anno 1530 fuit cancellarius episcopalis Trid. Simon Patho. Simon Pathonus iurisperitus fuit consul Tridenti an. 1536. Gaspar Patonus fuit Tridenti an. 1635. Cyprianus quondam Ioannis Patoni de Serravalle fuit Tridenti an. 1588.

155. Paludium Brentonici, et Palus Brentonici, *Palù di Brentonico*, pagus, cuius non adeo frequens occurrit mentio, quia cum in eo sit ecclesia maior, et sedes archipresbyteri Brentonicensis, necnon forum, seu tribunal iustitiae, ac residentia capitanei quatuor Vicariatuum Lagarinorum Brentonici, Murii, Avii, et Alae, sub Brentonici nomenclatura, fere toti paroeciae analogae, nominari consuevit. Anno 1211 die 24 aprilis Fridericus de Wanga episcopus ac princeps Tridentinus domino Briano de

Castrobarco dedit licentiam aedificandi *domum unam muratam apud ecclesiam Brentonici in ora Paludis, in eadem Villa Brentonici*. Ad an. 1339 occurrit *Castrum Paludi iacens in Brentonico*. In Necrologio nostro Vigiliano ad 17 die ianuarii notatur *Pater Sanctus Cipriani a Palude Brentonici*. Baudrandus habet: *Palus, Palos, oppidum Hispaniae*. Marianus in *Trento* pag. 597 ait: *Il Monte di Palio, detto Palù, posto sopra Pergine*. Hic sub *Paludis* nomine recensetur in charta scripta Pergini an. 1533⁸⁷. Alius vicus Iugani montis dictus *Palù di Giovo, e di Verla* in charta an. 1439 appellatus est *Paludum plebis Iugi*, et in Necrologio Vigiliano 19 maii *Palus Iugi*. Apud Venetias Muriano proxima est insula Sancti Iacobi *de Paludo*, cum coenobio FF. Minorum Conventualium. Item apud Venetias est monasterium s. Michaelis *in Palude* Ordinis Camaldulensis. Anno 13412 die 31 ianuarii obiit Frater Petrus *de Palude* Gallus Ordinis Praedicatorum scriptor insignis, et Patriarcha Ierosolymitanus. Ceterum in libro Baptizatorum Pergini die 10 nov. 1753 occurrit *Paludium paroeciae Verlae*. Nicolaus Angelus Caferrius Picensis in suo *Synthemate Vetustatis* edito Romae an. 1667 pag. 356, castra Rossanensi Pamphiliorum principatui in regno Neapolitano annexa enumerans, eadem dicit: *Longobuchum, Curopolatem, Paludium* etc. Ergo et noster Brentonicensis pagus dici poterit *Paludium* ut a *Palude*, seu loco aquoso distinguatur. Etiam in Veronensi est *Villa Paludis*, ita dicta ad an. 1245.

156. Palatium cuius mentio in Itinerario Antoniano, situm inter Veronam et Tridentum, 36 miliaribus a Verona, et 24 a Tridento distans. Marchio Dionysius verbo *Palatium* ait: *De Palatio nulla in praesentiarum memoria. Tum qui nam hic locus ad Athesis dexteram (ubi olim fuit communior via) hodie sit, latet adhuc, et latebit in posterum*. Marchio Maffei part. 1 Veronae illustr. Lib. 6 coniectare ausus est col. 139 ipsum nunc fore locum s. Margaritae apud Alam, quod reprehendit Hieronymus Tartarottus nelle *Memorie antiche* pag. 34, ubi et ipse etiam levem suam opinionem profert, a nomine *Hallae*, atque a distantia supra notata deductam, quod potius sit ipsa *Halla*, seu *Ala*. His addo, quod Maginianum *Manison*, de quo Maffei ibi, mihi est locus Vallis Arsiae supra num. 118 recensitus. Bonellus noster *Monumt.* vol. 2, pag. 542, col. 1 monet, apud Alam lagarinam locum esse nobilium Piccinorum, qui etiamnum appellatur *i Palazzi*⁸⁸. Antoniani itinerarii aetas dubia est; nam tribuitur ab aliis Antonino imperatori ab anno Christi 140 usque ad 162. Ab aliis Antonino Augusto Geoponicorum scriptori, vel Aethico. Videtur editum post Constantinum Magnum, qui decessit anno 337, aut certe novarum urbium accessione auctum et mutatum; meminit enim Constantinopoleos, quae sic a laudato Constantino Magno nomen accepit. De praedicto *Palatio* agit etiam Petrus Ballerinius in edit. *Sermonum* s. Zenonis Veronensis pag. LXI, et Maffei in epist. ad Nic. Coletum To. 5 Italiae Sacrae col. 675.

157. Penede Castrum, quod ab Ambrosio Franco Arcensi dictum fuit etiam italice Penede Castello, latine autem *Arx Penetrana: Saltus Penetranus, Penacum, Penetra*, et relatam ab eo fuit inter loca Comitatus Arcensis, ab Anonymo, qui scripsit libellum sub tit. *Iura episcopatus Ecclesiae Tridentinae, quae sunt in Valle Lagarina*, circa annum 1340, legiturque apud Bonellum Vol. 2 a pag. 665 usque ad 671, in 4°, supponitur in Valle Lagarina: etenim agitur ibi de eo sub rubrica *in Plebatu de Nacu* inter alios Plebatus Lagarinos, quorum primus ponitur *Plebatus de Avolano*. Secundus *Plebatus de*

⁸⁷ Paludum plebis Perzini an. 1470, 1348, 1369 iurisdictionis autem Caldonatii. *Paludium* plebis Pergini an. 1799.

⁸⁸ Barionius in sua *Idea* pag. 175 putat, et credit *Palatium* fuisse in hoc loco Picciniano *ai Palazzi*.

*Lizana. Tertius Plebatus Murii. Quartus Plebatus de Avio. Quintus Plebatus de Brentonico. Sextus Plebatus de Nacu*⁸⁹. *Septimus Plebatus de Gardumo. Octavus Plebatus de Lagaro. Ceterum extra Lagarinam Vallem ab aliis communiter positum fuit, et habetur etiamnum. Quapropter alio in loco de ipso agendum relinquo; nihilominus subdens, quod Guernerius Bernus de Eugubio scriptor ad an. 1472 in suo Chronico Eugubino ad an. 1437 ita fatur: “Nicolò Piccinino fece molti fatti per ispugnare Riva di Trento, e Gattamelata s’accampò lì a Peneda, qual ebbe, che è una fortezza inespugnabile, ed è quella, che gran frutto fece allo Stato della Signoria di Venezia. Sotto questa fortezza da uno dei lati è pure nel monte una Villa nominata Nago, dove nasce una gran vena d’acqua, la quale discende verso Archi... e fa un fiume, che si chiama Benago, che entra nel lago, il quale per i detti abitanti si dice Lago di Benago, come da Dante si può comprendere etc.”. Haec Bernus. Nunc praedicti castris reliquiae tantum supersunt. Nihilotamen minus Carolus Comes Arci appellatur *Governatore di Penede*⁹⁰. Pluries *Peneda* ista memoratur in Chron. Veronen. Iacobi Rizonii. Bettus in L. 2 Num. Archii Comitis, 6 dicit *Penede* Arcem a gallis sub duce *Medavi* an. 1703 dirutam.*

158. Prada, vicus ad dexteram Athesis inter Chizolam, et Avium, de quo Speregius. Est in Brentonico. Anno tantum 1786 coepit audiri *ecclesia parochialis Pradae*, ac eius Rector.

159. Pilcantum, *Pilcante*, pagus alius inter Chizolam, et Avium, cum Rectore dioecetano episcopi Veronensis. In lapide quodam Veronensi de an. 1380 a me relato Variarum Inscript. 923, laudatur *Franchinus de Pilcanto civis Veronensis*. Dicitur *Pilcante* nedum passim, sed etiam ab Spergesio. Unde patronymice Pilcantinus. In charta an. 1362 *Pilcantum* legi. *Pilcantum Vallis Lagarinae* an. 1434. *Pilcantum* an. 1361. Terra de *Pilcanto* 1340. *Pilcantum Plebatus Brentonici* 1340. Quidam presbyter Armanus de Mixina fuit capellanus in *Pilcanto* an. 1438. Occurrit *Villa Plicanti Vallis Lagarinae* etiam ad an. 1434. *Pilcante* distat Verona 28 P. M. Anno 1303 vixit *Lafrancus quondam domini Pilcantini de Pilcanto notarius imperiali auctoritate*.

160. Praetoriensis Vallis, *la Podestaria*, sita est ad laevam Athesis inter Alam, et Ursinicum, seu verius inter Usinicum, et Clusam, tota in Veronensi dioecesi ac dominio Veneto. Memoratur a Magino, et ab Spergesio, qui eam dicunt *la Podestaria*, et a Dionysio, apud quem memoratur *Vallis Praetoriensis, La Podestaria*, et in tabula an. 958 *Vallis Praeturiensis*.

161. Pipergulum in plebatu Murii, de quo in saepe citato libello *Iura Ecclesiae Trid.* habetur: *Corona de Sosignolo, seu Piperguli, quae est magnum fortilitium*. In alia charta an. 1440 occurrunt *Tiarnum, Bisegnum, seu Bisagnum, Sanum, Paldum, et Summitas Coronae Sosignoli usque ad Athacem*. In alia an. 1525 post praedicta loca Muriensia

⁸⁹ *Nago*, nelle carte antiche *Nacus*, appartiene alla nostra Valle Lagarina. Baronius *Idea* pag. 169. *Della Terra di Naco posta alle radici del monte Peneo, derivano la moderna denominazione del Lago di Garda Benaco gli stessi moderni critici veronesi*. Luttus in *Deduct.* pag. 2.

⁹⁰ Anno 1340 nobiles domini Azo, et Guillelmus fratres nati quondam domini Aldrigeti de Castrobarco vendiderunt episcopo Tridentino Nicolao castrum *Penede* positum in plebatu Naci pro pretio duodecim milium denariorum Veronensium parvulorum, ut ipsum assignaret dominis Engelmario de Vilanders, et Conrado de Senano. – *Saxosum Nacum* memorat Nicolaus Archius L. 2 Num. 6.

recensetur *Summitas Coronae Sosoignoli usque ad Aticem*. Sita fuit versus Athesim, et Chizolam, forsan in colle nunc appellato *il Castello Volpino*, sed sine castro, etsi cernantur quaedam eius vestigia. Consule Bonellum Vol. 2, pag. 673, col. 1.

162. Portae, *le Porte*, vicus in laeva fluvii Lemni crepidine, supra Roboretum, et Burgum s. Thomae, citra limites parochiae Licianensis, cum ecclesia ss. Trinitatis titulo decorata. Memorantur *le Porte* in documento latino *cum Villis Plebis, Ponti, Serbati, Albaré, e le Porte, Lizanellae, et Marchi*, scripto an. 1472 Tridenti⁹¹. Recensetur insuper in tabula Spergesiana, et in Statutis Roboretanis an. 1694.

163. Platium, *Piazzo*, vicus parochiae Villanae inter Villam, et Pomarolum, de quo Spergesius. In tabula an. 1339 dicitur *Plazum sub gastaldia Castelnovi*. In alia an. 1367 *Plazum Vallis Lagarinae: et Plazum Plebis Lagari*. A Magino *Piaz* nuncupatur. An. 1367 vixit Bertholasius f.q. ser Cristani de Plazo Plebis Lagari habitator Tridenti.

164. Postallum, *Postal*, vicus modicissimus Cimonii ad laevam aquae Aldenum decurrentis inter Sanctum Georgium, et Cubalum. Recensetur ab Spergesio. Inde suam originem trahunt domini Gothardi Fulgarienses. Nunc amplius non sunt Fulgarienses, sed Aldenenses.

165. Petrae Castrum, *il Castel della Pietra*, situm inter Avolanum, et Callianum medio itinere, ad pedes montis supra viam, quae ducit Tridentum, circa se habens ingentem magnorum lapidum congeriem, quae nomen ei tribuit⁹². Pincius in Vitis Pontif. Trid. Lib. 5, fol. 31, col. 1 inquit: “Veneti ad Athesim sederant, et secundum ripas castra fecerunt: consilium erat Petram oppidum ad ripam Athesis inter scopulos positum, et natura, et hominum ingenio munitum, tormentis expugnare: quod distat a Tridento duodecim millia passuum”. Haec Pincius omnia castra nominans *oppida* phrasi ei singulari. Gerardus de Roo in Hist. Austr. eamdem *Petram* appellat *Arcem*. In citato libello Iura Eccl. Trid. dicitur *Castrum Predae in Plebatu de Avolano*. Georgius Neydechius episcopus ac princeps Trid. literis mandavit, quod Veneti “Petram Castrum sub Biseno obsidione cinxerunt, ubi tertia nocte post multam conquassationem murorum cum bombardis, ex nostris trecenti in nocte irruperunt in castra ipsorum, et interfecerunt magistros bombardarum. Tunc Veneti altera die solverunt obsidionem. Tandem treguas triennales per nos, et alios consiliarios regis Maximiliani nomine suae maiestatis cum Venetis conclusivimus undecima iunii 1508 in monasterio beatae Virginis Gratiarum Comitatus Archensis”. Haec ille⁹³. Anno 1532 die 2 nov. a cardinali Bernardo Clesio episcopo Trid. investituram, ut aiunt, accepit eiusdem *Castri Petrae* Ferdinandus Romanorum rex. Anno 1536 idem Castrum Petrae per mortem Maximiliani de Petra Plana (alio Castro parochiae Pahensis) sine liberis devolutum ad Mensam episcopalem Tridenti, traditum fuit Iliprando de Castro Clesii, a Bernardo Clesio episcopo Trid. et cardinali, eiusdem Iliprandi fratre. Anno 1672 ipsius dominus fuit Comes Ioannes Andreas Ioanellus (Iuvenellus) de Venetiis, consiliarius, e *Camergravio delle città*

⁹¹ In alio monumento an. 1442 dicitur: *Villarum Villae Plebis, Pontiforbati, Albaré, Lizanellae, et Marchi*.

⁹² Anno 1458 spectabilis et generosus vir dominus Rolandus filius magnifici et potentis domini Georgii de Sporo Vallis Annaniae fuit capitaneus et locumtenens Castri Petrae Vallis Lagarinae pro R.mo in Christo Patre, et domino Georgio Sedis apostolicae gratia episcopo et domino Tridentino dignissimo.

⁹³ *Cfr. Stenico P. Remo, *I Frati Minori a Santa Maria presso Arco*, Trento 2004, p. 43.

Montagnare nell'Ungheria Superiore pro Leopoldo Caesare. Nunc autem sunt barones Cresserii de Tridento dicti propterea *de Preitenstein*. Ipsum cum baronatus titulo consequutus est eorum pater Mathias meis diebus⁹⁴. *Castrum Lapidis* appellatum fuit an. 1333 die 23 iunii in instrumento *divisionum, quas fecerunt domini de Castrobarco*. A Mariano pag. 578 dicitur *il Castel della Pietra*. A Spergesio autem *Castello della Preda*. Obsidio memorata contigit anno 1487 die 10 augusti. Singularem ditionem constituit idem castrum, etsi pauci sint habitantes in eius territorio, videlicet thelonearius cum suis, et caupo unus cum suis. Ager, qui ei adiacet a septentrione unius tantum milliarii spatium occupat, fuitque per Callianenses ad culturam redactus insinuante, ac permittente barone Mathia, quum antea foret maiori ex parte sterilis. Dicebatur *il Piazza del Calliano*, nunc autem *le Campagnole del Calliano*, aut *della Pietra*. Etiam Philippus Cluverius nominat pag. 171 *Castellum Petrae supra Roboretum*, sed falso putat ipsum esse *Verrucam* Cassiodorianam, quam alii merito dicunt Dostrento apud Tridentum. Franciscus Sansovinus ait a Castrobarcensibus aedificatum fuisse *il Castello della Preda*. De pugna inter Germanos ac Venetos apud *Petram* agit Leander Albertus Ordinis Praedicatorum pag. 469 et alii. De eodem *Castro Petrae* loquitur et Pater Ioannes Gasparus Berettus, ac baro Ioannes Iacobus Cresserius in libello de Inscriptioe Tridentina Augusti. Maginus quoque, ac alii. Vide infra num. 285. *Castrum Petrae* pleno iure obtinuit anno 1460 episcopus Tridentinus.

166. Piontum, *Pionto*, dicitur vicus Plebatus Lagari ad annum 1436.

167. Petra, *la Preda*, vicus Oriliensium, memoratus in Statuto Roboretano. Alter Cimonitanorum inter Cubalum et Petrolos.

168. Petersanum, *Pedersano*, passimque *Presano*, pagus montanus inter Nogaretum, et Castellatum, cum curato Villani archipersbyteri suffraganeo. *Petresanum* reperi appellatum ad an. 1235, et 1307. *Pedersanum* ad annum 1366, 1340, 1395, et 1526, 1551. *Pedrexanum sub gastaldia Castelnovi* ad an. 1339. *Persanum* an. 1442. *Pedrosanum* an. 1422. *Peresanum* an. 1304. Patria fuit Thomae Salvatorii presbyteri, qui scriptis claruit ad an. 1550, ideoque a me laudatur in Bibliotheca Tirolensi art. 579. Ipse se se dixit *de Pedersano*. Mihi non omnino certum est, quod fuerit de Pressano Comitatus Kinigsbergensis pago inter Avisium, et Navium, *ille Otho de Pressana*, qui cum *Friderico de Primero, Briano de Lagari, Liuto de Ruvredo*, et aliis, fuit testis cuiusdam *Accordii*, sive conventionis inter Henricum Saxoniae Ducem, et marchiones Athestinos, seu Estenses, Povellani in dioecesi Veronensi datae, ac signatae an. 1154, editae a Muratorio in Antiquitatibus Estensibus et Italicis, part. 1, edit. Mutin. 1717, pag. 341, et commemoratae ab Hieronymo Tartarotto in Mem. Ant. pag. 15. Pariter certum prorsus mihi non est, quod ex eodem Pressano Chinigsbergensi fuerint illi duo *Hagilo de Prissianum*, et *Giso de Prissianum*, qui cum *Petro de Villa, Andelberto de Villa, Yihstone*, ac *Petro de Marcus, Lupone*, ac *Brumario de Tilliarno, Martino de Avi, Vitali de Murius, Maurontone de Castellionem, Gisemperto de Lanzimas*, omnibus Lagaritanis, et aliis in urbe Tridentina interfuerunt placito citato imperatoris Lotharii de anno 845. A Magino tab. 22 dicitur pagus noster Lagarinus *Poresan*: et tab. 31 *Peresan*. Alia in hanc rem dicenda reservo ubi de Pressano

⁹⁴ Mathias obiit anno...

Chinigsbergensi Avisium inter, et Sammicelium. An. 1304 vixit domina Riconoris filia ser Benevenuti de Peresano, ex charta scripta Nogaredi.

169. Pomarolum, *Pomarolo*, pagus ad dexteram Athesis, inter Clusolas, et Platium, in plano, cuius ecclesia maior titulum fert Sancti Christophori martyr; quique illi praeest *Rector Pomaroli* nuncupatur, Villensis archipresbyteri suffraganeus. Eiusdem *Pomaroli* mentionem reperi ad annum 1186, 1217, 1262, 1266. *Pomarolum Plebatus Lagari* an. 1315. *Iacobum Rectorem de Pomarolo* in Synodo Trid. an. 1336. *Ioannem Plebanum in Pomarolo* an. 1427. *Andream de Alemania Rectorem ecclesiae s. Christophori de Pomarolo* an. 1449. *Anonymum Plebanum Villae Pomaroli sub ditione Castrum Numii* anno 1467. *Pasinum Pasium Rectorem Pomaroli* an. 1650. Iterum *Villae Pomaroli*, et *Villae subtus Castrum Novum* an. 1472. Eiusdem *Pomaroli* memoria occurrit in Historia de Sancto Simone Tridentino, in Mundo Antonii Clusoli, in tabula Spergesiana, in Maginiana, in *Trento* Mariani pag. 576, ubi ait, quod *su 'l tener di Pomarolo in particular, e di Salteria vengono i tartuffi, e in quantità ecc.*, ut supra num. 95⁹⁵. Floret ibidem etiam negotium tabaci. Clarus medicus, et scriptor Ioannes Baptista Molinari, quem laudavi in Biblioth. Tirolensi, natus est Pomaroli. Insuper saeculo XVII ibidem vixit centum circiter ac viginti annos mulier cognomine Gasperotta. Nonnullis placet scribere *Pomarollum* cum duplici *ll*; non sic tamen mihi; scio enim, quod frustra fit huiusmodi duplicatio, quodque uno tanti *L* scripta reperiuntur nomina similiter desinentia urbium, et pagorum *Pinarolum*, *Sirolum*, *Riololum*, *Zagarolum*, *Riparolum*, *Solarolum*, *Zancarolum*, *Salvarolum*, *Oriolum*. Monumentum dicens *Pomarolum sub ditione Castrum Numii* non vidi propriis oculis; hinc dubito, quod forsitan scriptum fuerit *Castrum Novi*. Anno 1244 Tridentinus episcopus Aldrigitus impense laudavit *Dominos Zordanu iudicem, et Montenarium filios quondam Olderici de Pomarolo*, eisque commisit, eorumque heredibus custodiam *Castrum Viguli*, seu *de Vigulo*, An. 1256 claruit D. Azo filius D. Montanarii de Pomarolo. Quidam Frater Gabriel *Pomerolus* vice magister Rhodianus, vir eloquens, ac magnanimus claruit anno 1522. Italice *Pomerolo*.

170. Pratalea, *Pradaglia*, locus ad dexteram Athesis inter Rapationem, ac Rivianum, quondam arcem habens illustrem. Ab Spergesio dicitur *Predaglia*. A Magino tab. 22 *Predaia*. Sic et tab. 31. Marianus in *Trento* pag. 578 recenset *il Castel di Predaglia in Val di Lagaro*. Franciscus Sansovinus Venetus *nelle Famiglie*, ubi de Castrobarcensi pag. 65 *il Castello di Predaia*. Anno 1144 fuit Tridenti *Crescendonus de Pradaia*, vir nobilis, alias dictus *Crescendonus Arcis Prataliae*. Anno 1180 *Federicus de Pradalia*. Anno 1183 *Maria f.q. Ottolini de Predalla*, dicta etiam in alia charta eiusdem anni *Domina Maria f.q. Ottolini de loco Pratalia*. Anno 1186 *Palmera uxor quondam Friderici de Pradalla*. Subsistit *Castrum de Pradala* an. 1183. *Castrum Pradaliae* an. 1198. In saepe citato libello *Iurium Eccl. Trid. in Valle Lagarina* sub rubrica *in Plebatu de Lagaro*, idem *Castrum Pradaiae* dicitur *destructum per illos de Castrobarco*, appellatur etiam *Castrum de Pradaia*, caput unius celebris *gastaldiae*. Anno 1216 *illis de Isera, et de Brancolino, et de Marano, et de Folaxo, et de Ruviano*, praeceptum fuit *murare murum Castrum Prataliae, dictunque Castrum Waitare*. Anno 1234 *dominus Iacobus de Lizana* resignavit *Castrum Prataliae, gastaldiam, et Comitatum* in dominum episcopum Tridentinum. Anno 1180 vixit *Maria f.q. Ottonis de*

⁹⁵ Carmelita Lactantius Olivus mantuanus in martyrio s. Simonis Trid. edito Mutinae an. 1603, nominat *Pomarol nella Val di Largher*.

*Pratalia uxor Adelpreti de Perzene*⁹⁶. Habetur alia *Pratalia* in agro paduano cum abbatia Benedictina. *Pratalea* dioecesis Fesulanae cum Prioratu Ordinis Camaldulensium an 1510. Alia *Pratalea* in montibus Aretinae dioecesis. In Codice diplomatico Wangiano Ecclesiae Tridentinae num. 44 legi hoc monumentum authenticum die 9 iulii anno 1761.

“L.+S. In nomine Domini Dei aeterni. Anno Incarnationis eius M.C.LXXX, indict. VIII Kal. augusti, in palatio domini Tridentini episcopi, in praesentia domini Turconis, Adoini canonicorum, Riprandi de Percen, Comitis Wilielmi de Flaon, Olueradini de Eno, Federici, et Odulrici patris et filii de Arcu, Gumponis de Madruzo, Rodegeri, Enrici Xoap, Willelmi, Adelardi de Livo, Olueradini de Coredo, Warimberti de Arse, Pessati, Odulrici de la Lupa, Walcuoni, Warnerii de Robatasca, et aliorum. Cum dominus noster Henricus Romanorum rex et semper augustus, Romam in expeditionem profectus esset, eiusque expeditio iandicto domino Tridentino episcopo imcumberet, dominus Conradus Dei gratia Tridentinus illustris episcopus a praefatis Gumpone de Madruzo, et Rodegero de Livo fidelibus suis quaesivit, ut ipsi columellos sibi distinwerent, et consignarent. Qui responderunt dicentes: Gislembertus de Lagaro. Domus de Pradalla, et Domus de Toblino continentur in primo colompnello. In secundo vero continentur illi de Caldonazo, et Domus de Trilago. In tertio Domus de Castel Bexeno, Domus domini Ionathas, Domus Gerardi de Castelano, Domus Tisolini de Campo Sancti Petri. In quarto Colonello continentur illi de Tun, Domus de Ino, illi de Flaun, illi de Runo, Domus Mainelmi de Spur. Quartum vero Columpnellum sunt illi de Perzen.

L.+S. Ego Ropretus imperat. invictissimi Fr. notarius interfui et iussu praefati praesulis scripsi.

L.+S. Ego Ercetus domini Fr. Rom. Imper. notarius autenticum huius exempli vidi, legi, et exemplavi, et me subscripsi, et meum signum apposui, anno Domini 1218 indict. sexta”. Haec ibi, quibus addo, quod a vero exorbitarint, qui putarunt Castrum Prataliae fore Castrum Petrae inter Avolanum, et Callianum. Anno 1240 Tridenti actum est de imponenda muda, seu telloneo ad colligendum ab omnibus transeuntibus *apud Pradagiam* pro solvendis custodiis castrorum de Lizana, et de Warda, et de Seravalle et Trambellini.

171. Platea, *la Piazza*, vicus praecipuus Terragnolensium, ubi ecclesia parochialis divi Petri. Dicitur *la Piazza* in tabula Spergesiana: in Statuto autem Roboretano *la Chiesa*. Exstat *Platea*, vicus Vallarsiae memoratus ab eodem Spergesio.

172. Pivattae, *le Pivate*, vicus Terragnoli, de quo Spergesius.

173. *Pozzachio*, vicus Trambeleni, de quo Spergesius, et Statuta roboretana, seu *la Tassa delle mercedi da pagarsi agli officiali per i viaggi*, facta in Consilio anno 1694 ed addita Statutis Roboretanis edit. 1737. Dicitur *Puzaclum* in charta an. 1263.

174. Potricum, *il Potrich*, vicus Terragnolensium de quo Statuta Roboret. et Spergesius.

175. Pornallum, *Pornal*, alter vicus Terragnoli ab Statuto praedicto memoratus.

⁹⁶ In Castro Pradaliae an. 1263.

176. Pocaldum, *Pocalt*, vicus Trambeleni de quo Statuta robor. et Spergesius, qui scribit Pocalt. Charta an. 1571 habet *Pocaldum*.

177. Parmesani, vicus Vallarsiae, de quo Statuita roboretana.

178. Pezzati, alter vicus Vallarsiae ibi.

179. Petratii, *li Pedrazzi*, vicus Terragnoli de quo Statuta robor. et Spergesius.

180. Puechae, *le Pueche*, alter vicus Terragnoli apud Statuta robor. Ab Spergesio dicitur *Puchen*.

181. Pozza, *la Pozza*, vicus Trambeleni de quo Statuta Robor. In charta an. 1571 dicitur *Puthea Trambelleni*. Taedet me, adeo levia consecrari, ac recensere, praesertim in tanta temporis angustia, et tanta pressus chartae penuria.

182. Quatuor Mansus Avolani, *li Quattro Masi di Volano*, idest supra Avolanum versus Saltariam, intra limites parochiae Avolanensis. Novissimis hisce annis habitatores eorum ecclesiam sibi erexerunt, in qua omnibus et singulis diebus festis celebrat, verbum Dei praedicat, et Sacramenta ministrat presbyter quidam Avolanensis, Avolani alioquin residens. Prior fuit Dominicus de Aloysiis, qui ordinatus fuit sacerdos anno 1764, tempore Quadragesimae, nuncque, sive hoc anno 1776 est curatus Vallissurdae, quae pagus est dioecesis feltrensis in Tridentino principatu, paroeciaque viculana versus Villatinaum. Circa praedictam ecclesiam s. Ioseph sunt quatuordecim familiae. Incolae omnes Mansuum sunt ultra centum.

Quattro Vicariati, num. 284, 301.

183. Ravazonium, *Ravazzone*, vicus modicus cum capella Sancti Bernardini, in dextera ripa Athesis, parochiaque Muriensi versus Iseriam, ubi et vadum, dictum *il Porto di Ravazzone* multum celebre. In quodam manuscripto catalogo episcoporum Tridenti nominatum inveni *Rapazzonem*: et a Gerardo de Roo in Austriaca Historia sub annum 1488 *Rupacionem*. Ab Spergesio dicitur *Ravazon*. A Mariano autem in *Trento* pag. 288 *Ravazzone, luogo di Val Lagarina*. In tabula anni 1222 *Ravazonum*. In tab. 22 Magini *Ravazon*. Sic et in tab. 31. *Vadum Ravazoni* an. 1222. Exstat *Rapaciale* oppidum Lusitaniae⁹⁷.

184. Rivianum, *Riviano*, pagus Hiseriensis parochiae, inter ipsam Hiseriam et Prataliam, dictus *Riviano* ab Spergesio. In tabula an. 1339 nominatur *Rivianum sub castellantia Pradaliae*. In alia an. 1216 *Ruvianum*. In charta an. 1339 reperi *Castrum Ravioni in Valle Lagari*. A Romedio Galliciolo in Scopatore Parnassi an. 1760 pag. 101 *Revian*. A Magino dicitur *Rivian*. In tiburtina dioecesi est pagus *Ruviani*, seu *Rubiani*, ubi an. 1390 fuit coenobium Ordinis Minorum. Alterius *Reviani* meminit charta parmensis de an. 958 apud Muratorium.

⁹⁷ An. 1492 Ser Brianus de Ravazono. Anno 1788 dominus Peregrinus Ravazonus fuit cancellarius Magistratus delle Finanze in Parma.

185. Ripulae, *Rivole*, ac *Riole*, de quo loco sic Torellus Sarayna Lib. 1 Hist. veronen. fol. 4, col. 1: *Il Castello di Rivole posto ne la Valle Lagharina... sopra un monte, fu gettato a terra dai Veronesi nel 1170*. Idem lib. eodem fol. 8, col. 1. *Nel 1232 li Veronesi posero una guarnigione de soldati nello Castello di Rovole, luocho forte, e capace de molta gente*. Situs est ad dexteram Athesis in territorio Veronensi. Marchio Dionysius in Topogr. Veron. pag. 62 habet: *Ripulae. Rivole*. In Testamento sive codicillo Noterii episcopi an. 928 Gundiperto *de Rivulo*. In alio an. 969 *filii quondam Bononii de prope Rivulo*. Ioannes Baptista Blancolinus in Chronologia Veronensi ad an. 1164, *L'esercito de' Veronesi pose l'assedio a Rivole, e l'ebbe l'anno seguente*. Baudrandus habet *Rivolium, Rivoli, oppidulum Pedemontii*, quod ab aliis *Riparolium* appellatum inveni. Nostras Ripulas dicit *Rivole* etiam Maginus. Vosgenius habet: *Ripulae, Rivoli, città piccola del Piemonte*⁹⁸.

186. Ripa Alta, locus ab Spergesio dictus *Rivalta*, situsque apud Brentinum in dextera fluminis Athesis ripa. Ferrarius profert *Ripam Altam*, Italis *Rivalta*, vel *Rivolta*, pagum agri mediolanensis, et *Ripam Altam* oppidum Pannoniae, *Ripam Altam* urbem Scotiae. Ripulis dioecsis Veronensis pedem fixerunt Galli contra Germanos anno 1797.

187. Ripa, *la Riva*, unus ex Vallarsiae vicis, de quo citata Taxa Roboretana an. 1694 et Spergesius. Inde probabiliter discessit familia *Ripa*, quae meis diebus Roboreti viguit, etiam a vernaculis dicta *Ripa*.

188. Rueppii, *li Rueppi*; alter Vallarsiae vicus, de quo quidem Spergesius, sed nihil praefata Taxa.

189. Rubolium, *Rubol*, vicus Vallarsiae, memoratus in praedicta Taxa.

190. Rausii, *li Rausi*, vicus Vallarsiae, de quo Taxa saepe allegata.

191. Rocha Pia, *Rocca Pia*, locus infra Burgetum versus Clusam, de quo Spergesius.

192. Rebusium, de quo supra num. 69.

193. Runchii, *li Ronchi*, vicus Alanae parochiae cum curato, memoratus in Clerologio Trid. an. 1793, ac 1803, et a doctore Romedio Antonio Galliciolo Trid. in serie parochorum dioecesis Tridentinae ad finem sui Scopatoris Parnassi edita an. 1758, et aliis seqq. Spergesius commemorat *i Ronchi Villae di Tesino, ed i Ronchi di Roncegno*. Infaustissimus est nobis Tirolensibus nomen Iosephi Ronchii Ferrariensis, qui non cessat, permittente regina M. Teresia, premere nos intollerabili vectigalium (di Dazi) extorsione, quibus se se plurimum ditavit.

194. Rontium, *Ronzo*, vicus montis Gardunensis, in charta an. 1339 dictus *Ronzum Plebis Garduni*; et in alia an. 1472 *Rontium*. De alio *Rontio*, appellato etiam *Runtio* Vallis Solis, dicam in Topographia generali Tirolis, aut saltem totius Tridentini episcopatus.

⁹⁸ Inter Neapolim, et Messanam est pagus dictus *Revole*. An. 1390 Tridenti vixit magister Niger fornasarius filius ser Francischini de Rivolis Veronensis dioecesis.

195. Roboretum, *Roveredo*, civitas aperta, et praecipua totius Lagari, ad laevam Athesis, Avolanum inter, et Licianam, de qua sicuti de Carthagine Sallustius, et ego monuerim, quod *praestat tacere, quam pauca dicere*. Hoc nihilominus praemisso dicam aliqua festinanter pro more meo etiam de illa, cui debeo quod me literis humanioribus imbuerit⁹⁹. Nova est, et in dies crescit aedificiis, divitiis, honoribus. Unicam et amplam habet ecclesiam parochialem, quae Licianensis filiam se se quotannis agnoscit, sub titulo divi Marci Evangelistae. In eadem civitate sunt tria virorum coenobia, et tria mulierum, haec Clarissarum, Salesianarum, et Teresianarum; illa Carmelitarum Calceatorum, Minoritarum Capuccinorum, et Reformatorum. Duo itidem hospitalia, primum Italorum S. Mariae Lauretanae, alterum Germanorum s. Thomae. Gymnasium item publicum, in quo exstat bibliotheca olim Tartarotta, omnibus pervia. Reperitur etiam typographia caesareo-regia non otiosa; et literatorum coetus, *Accademia degli Agiati (Societas Lentorum)* nominatus, ac privilegiis augustissimae Domus Austriacae 29 septembris 1753 honestatus; quem in aedibus nobilis ac erudita mulieris Blancae Laurae Saibandae instituit eques Iosephus Valerianus Vanettus eius maritus an. 1750, publicumque reddidit an. 1751 die 27 decembris. Eadem in urbe residet capitaneus, ut aiunt Circuli, et Commissarius generalis ad fines Italiae, qui nunc est Iosephus Trentinalea Telvanus, nobilis imperialis, et consiliarius actualis Regiminis Oenipontani. Item Praetor totius ditionis Roboretanae, cui titulus illustrissimi domini tribuitur, modoque est Franciscus Antonius Romanus Nocher, Burgensis I.U.D. filius, et successor Dominici Antonii Nocheri. Rei civicae curatores praecipui quatuor sunt, et appellantur *ill.mi provisores civitatis Roboretanae*, ipsorumque corpus *nominatur Magistratus civicus*. Antiquior nostri huius Roboreti memoria, vel ipso Hieronymo Tartarotto fatente in epistola ad Ludovicum Antonium Muratorium, sive in libello, cui tit. *Memorie Antiche di Rovereto, e de' Luoghi circonvicini*, edito Venetiis an. 1754, est in Muratorii Antiquitatibus Estensibus, inque actu quodam an. 1154, recensente ceu testes *Brianum de Lagari, Fridericum de Primero, Otthonem de Pressana, Liutum de Ruveredo*¹⁰⁰. In Tridentinis tabulis reperi *Rowredum*, ac etiam *Rofredum* appellatum an. 1215. *Rouredum*, et *Roveredum* an. 1216. *Roveredum Plebis Lizanae* an. 1225. Item an. 1237 indict. 10 inveni *Liuzum de Roveredo, Bonumamicum de Rovereto. Henricum de Sacco, Boccasium, Bonafidem, Gerardum de Rovereto, Adelardum de Sacco, D. Albertum de Lizana*, omnes simul in una eademque tabula. *Dominum Maerninum de Rovredo Procuratorem, et Nuncium dominae Fanzinae de Lizana uxoris domini Leonardi de Castrobarco* an. 1265. *Benadiusium notarium quondam Bonfioli de Rovredo* an. 1307, *Franciscum quondam dominae Bertae de Calapina de Rovredo* an. 1307, *Rovredum* an. 1470. *Honorabilem virum ser Petrum Iacob quondam ser Rigi de Roveredo civem Tridenti* an. 1431, *Roboretum* an. 1320, et 1501. *Roveredum* an. 1351, 1360, 1393, 1475, 1493, 1525. *Roveretum* 1399, 1409. *Castrum Casteliunkh appellatum apud Suburbium in Roffredo* 1416. *Roboreti Burgum* an. 1602. *Rovereti Oppidum* 1533. *Roboretum* 1536. *Roveretum* an. 1528. *Burgum Roveredi Vallis Lagarinae* an 1333. *Burgum Roboreti Vallis Lagarinae* 1602. *Rocham Rovereti* 1430. *Castrum Roveredi*

⁹⁹ Ineunte hoc saec. XVIII in Praetura roboretana inventi sunt homines 7.270, et anno 1766 circiter 15.002 ex quibus sericei operarii 4.592. Ex Cl. Baronio pag. 197 *Idea*. – *Roveré non oscuro Castello de Veneziani in Val Agra*. Elias Capreolus ad an. 1483, Lib. 12 Hist. Brixiensis. – *Civitatem Robereti Tridentinae dioecesis* commemorat Pax Iordanus de Vicentia episcopus Traguriensis To. 1 Elucubr. edit. 2, Ven 1693, Lib. 3, tit. 3, num. 37.

¹⁰⁰ Civitas Robereti dioecesis Trid. an. 1648.

1460. *Roveredo* 1444. *Roveré* 1662, 1665, 1669. *Roveredo città* 1673. *Roboreti oppidum* in literis Roboreti datis die 18 nov. an. 1509 a Maximiliano primo Romanorum imperatore, qui ipsum an. 1511 die 7 augusti sub datum *in Castro nostro Persenae*, nominavit *Civitatem* dicens: *Fidelibus nobis consulibus et communitatis Civitatis nostrae Roveredi*. Anno 1502 fuit Mecheli in Anaunia clesiana *Magister Elias Barbitonsor f.q. Magistri Vicentii aromatarii de Rovereto Tridenti*. Item *Roveredum Plebis Lizanae* an. 1339. *Roboretum Venetorum oppidum in Rhetis* utique nostrum Raphael Maffei Volaterranus Lib. 4 Geograph. col. m. 131 ad annum 1487. *Roveredo di Trento* Torellus Sarayna historicus Veronensis ad an. 1542. *Roboretum oppidum* Gerardus de Roo in Hist. Austr. edit. posth. 1592. *Roboretum* Phillpus Cluverius Gedanensis, seu Danzicanus, qui obiit an. 1623, aetatis 43. *Roboretum oppidum* Ianus Pyrrhus Pincius historiographus Trid. ad an. 1546¹⁰¹. *Roboretum* Ioannes Gasparus Berrettus Benedictinus in Dissertatione chorographica penes Muratorium. Pater Philippus Ferrarius in suo Lexico geographico habet: “Roboretum, *Rovere*, oppidum Cenomanorum Venetiae, in agro Tridentino, apud Athesim fluvium, inter Tridentum ad Boream 12 et Veronam in meridiem 36 mill. pass.”. Baudrandus vero subdit: “Roboretum, *Rovereit*, oppidulum est Tridentinae ditionis, in limite domini Veneti, 26 mill. pass. a Verona in Boream Tridentum versus, et 12 a Benaco lacu in ortum”. Anonymus Iesuita in *Austriaca Germania* pag. 107 ait: *Roboretum angustum locum Vallis Lagarinae proceres de Castrobarco ampliarunt anno 1445*. Petrus Bembus Venetus cardinalis libro primo Historiae suae Venetae: *Roveré, castello posto nello stretto delle Alpi sotto Trento*. Iacobus Rizonius in Chronico suo Veronensi ad an. 1487, ac 1509 *Roveré de Trento*. Comites Arcenses in quadam epistola data Arci an. 1543 ad syndicos Roboretanos, eam sic auspicantur: *Spettabili indici di Roveré amici carissimi*. Franciscus Guicciardinus Florentinus Lib. 7 suae Hist. ad an. 1507, fol. m. 207, *Roveré*, utique nostrum; de aliis enim dicam ad finem. *Roveredo città* Spergesius in sua tabula, et Antonius Clusolus in Mundo antiquo, et Ioannes Franciscus Pivatus in Dictionario scientifico, atque alii. *Roveredo* Ioannes Antonius Maginus. *Rovereto della Valdilagara*, Franciscus de Tarvisio Frater Ordinis Carmelitici, sacrae theologiae magister, in epistola nuncupatoria concionum Patris Bartholomaei Lantanae data Venetiis an. 1584 *Provisores Communitatis Roboretanae* an. 1617, *Roboretum Comitatus Trid.* marchio Dionysius in sua Topographia Veronensi verbo *Roboretum*. Item *Terra Roboreti* Maximilianus Austriae archidux, gubernatorque Tirolensis Comitatus in sua confirmatione Statutorum Roboretanorum signata Oeniponti decimo die decembris 1610. *La Terra di Rovereto* edictum Praetorium Roboreti vulgatum an. 1611¹⁰². *Rovere* Franciscus Sansovinus Venetus *nelle Famiglie illustri* pag. 67, ubi ait *fuori delle mura di Roveré*. Anno 1351 vixit *Franchettus Vicarius Roveredi*: anno 1393 *Azolinus Vicarius Roveredi*: an. 1399 et 1409 *Ioannes Gentilinus Vicarius Rovereti*: an. 1320. *Donatus gastaldio de Roboreto*. Ab aan. 1417 *Andreas Valerius provisor Roboreti pro dominio Veneto*. Anno 1215 vixit Demolfollus de Roveredo. Anno 1216 *Tomasinus de Roverdo, Teupus de Roveredo, Conradinus de Roveredo*. An 1339 *Govinus dictus*

¹⁰¹ Roveretto, Castello molto onorato nel Trentino. Sic Georgius Vasarius Aretinus in Vita Falconetti Veronensis To. 2 delle Vite de' Pittori pag. 267, edit. Florent. an. 1568.

¹⁰² In Vocabolario quodam edito Venetiis anno 1705 *Rovere, Roboretum, terra de' Veneziani, tra Verona, e Trento*. Anno 1220 quidam *Albericus de Rovereto* fuit iudex, et advocatus domini Potestatis Cremonae, ex Chron. cremonensi apud Muratorium T. 7, 5 R.I. – An. 1501 Dominicus a Porta f.q. ser Bartholomaei de Coradis Aquaefoschae, civis, et habitator Roveredi Vallis Lagarinae publicus notarius et iudex ordinarius.

*Mezcontus de Rovredo sindicus, et gastaldio Communitatis de Rovredo Plebis Lizanae, sub se habens focos 216. Anno 1617 provisores Roboreti scribentes episcopo Tridentino dixerunt: in Terra Roboreti, Communitas nostra. In archivo secretiori episcopi ac principis Tridentini exstat membrana sequentis tenoris: “L.+S. Anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo quinto, indictione XIII, die nono intrante martio, in Plebe Lizanae, in Villa Roverdi, ante domum Bertoldi de Arcu. Praesente eodem Bertoldo, et Anselmo cerdone de Rovredo, et Liuzo, et Tomasino eiusdem loci, et aliis. Ibique in communi Regula coaunata (sic) dominus Iacobinus de Lizana dixit, fecit, atque constituit ibi praesentem Manfredum de Lizana suum villicum¹⁰³ ad rationem faciendam pro eo in Plebatu Lizanae, in monte, et plano, teutonicis et latinis usque ad unum annum plus et minus dicti domini Iacobini, et hoc ideo dicebat dominus Iacobinus, et dixit, quod faciebat, quia habet iurisdictionem et Comitatum ad feudum a domino episcopo Tridentino, et episcopatu, ut in chartulis feudi per me notarium scriptis. Et iuravit dictus Manfredus facere rationem in dicto Plebatu pro ipso domino Iacobino cuilibet pro bona fide, sine fraude: nec amicum sparare, nec inimicum impremere usque ad dictum tempus, ut dictum est superius. Ego Matthaesus sacri palatii notarius, et Ioannis Belli filius interfui, et rogatus scripsi”. Haec ibi. Marianus in Trento pag. 574 et seq. ait: “Nella Valle Lagarina vi sta, oltre i villaggi, e porti considerabili, la città di Rovereto, posta come nel cuore della Valle in sito proprio. È bagnata dal fiume, o torrente Lenno, che scaturendo parte da Vall’Arsa, parte da Terragnolo, dopo aver isolata la montagna di Trambelengo, unitosi al Monte S. Colombano vien a scorrere fuori delle mura verso ponente, e diramasi per la città con alcuni alvei. Gode Rovereto felicità d’aria, fertilità di terreno con quantità di vini qualificati. È città picciola; ma grandemente popolata, con assai belle fabbriche, e contrade, chiudendosi il di lei recinto da quattro persone (lege Porte) ogn’una delle quali ha il suo borgo. È guardata da un Castello antico, e forte sopra un colle, che domina liberamente. Ha con diverse chiese la parrocchiale, ch’è sontuosa in titolo di S. Marco. Vi sono tre conventi di Regolari, ed uno di monache con un antico Ospitale de’ Poveri, ed un sacro Monte. Vi sta una Pretura cospicua, e lucrosa con titolo d’illustrissimo, ed autorità di mero e misto impero, carica sostenuta ultimamente dal dottor Carlo Spadazza da Fusignano, dopo quella Pretura di Trento. Fiorisce in Rovereto il traffico, e commercio notabilmente di sete in particolare, essendovi perciò molti edifici. E le tintorie vi riescono per eccellenza. Vi fiorisce anche con la civiltà di vivere, e vestire, lo studio di belle lettere, istituito per Legato testamentario di Casa Orefici, che principiato quest’anno 1672 si va portando sempre più al suo progresso. L’arma della città di Rovereto è una quercia, o rovere con ghiande d’oro, stemma lasciatovi, come dissi, da Rolando ab Eyche, o sia della Rovere, famiglia nobile di Rovereti, o Roverelli, che tutt’ora vive in Trento, Ferrara, Cesena, ed altre città d’Italia, come si raccoglie dall’Albero per me veduto, e novamente scorgo dal P. abate Antonio Libanori nella sua Ferrara d’Oro. Più a lungo non discorro di Rovereto, riportandomi a quello scrivo in altra opera”. Haec Marianus haud semper laudandus, qui pag. 277 ac seqq. refert quod sanctus Adelpretus episcopus ac princeps Tridentinus fece venir dalla bassa Germania due Guernieri fratelli Rolando e Rodolfo detti ab Eike, o della Rovere, di nazione fiamminghi, quodque teste Ambrosio Franco Arcensi iidem fratres vindicaverint mortem laudato antistiti a Castrobarcensibus illatam. Item quod Rolandus ceu benemeritus obtinuerit locum *Burgeti apud castrum Licianae*, illumque ampliarit, ac nominaverit *Roboretum*. Pro quibus allegat Francum, Sansovinum,*

¹⁰³ Calepinus ait = Villicus, *fattore, castaldo*, praefectus Villae, gubernator Villae, qui praeest pago et curae totius rei rusticae.

Libanorium, et Eugenium Gamurrinum; sed Hieronymus Tartarottus *nelle Memorie antiche* pag. 16 et seq. reicit ceu fabulam huicemodi historiam. Vosgenius canonicus Valculeriensis Gallus in suo Dictionario geographico portatili, quod Luarentius Echardus anglus inchoavit, To. 2 edit. Remond. 1757 verbo *Roveredo*, ait: “Roveredo, *Roboretum*, città picciola, e forte del Tirolo, su i confini della Repubblica di Venezia, la quale è situata presso l’Adige, appié d’un monte, sulle sponde d’un torrente, il qual si passa sopra d’un ponte, difeso da due grosse torri, e da un buon Castello, ed è lontana quattro leghe da Trento, e 16 da Brescia. Lon. 28.36. Lat. 46.12”. Post pauca subdit: “Rovereit, Roveretum, città del Tirolo, su i confini della Repubblica di Venezia, presso il fiume Etsch. Appartiene ai Veneziani”. Haec in prima operis editione dicenda erunt. Carolus Emmanuel Comes Madrutius episcopus et princeps Tridentinus, baroque Avii, Brentonici, Murii, et Alae, vel alius pro eo, circa annum Domini 1635 sequentem exaravit Roboreti descriptionem, hactenus quod quidem sciam ineditam: “Quantità, e qualità di Roveré, con suo Territorio. La Repubblica veneta era patrona di Rovré, quello governava mandandoli ogn’anno capitano, e podestà, de suoi nobili, et lo stimava, e governava conforme che oggidì regge l’altre sue città. Nel 1513 l’imperatore Massimiliano primo con l’armi se ne fece patrone, et nominò esso Rovré città, come sin ora l’altri imperatori, et arciduchi d’Austria han fatto, benché al *vescovato nostro* sii nel spirituale soggetto, et parimente da capitano arciduciale, che custodisce il Castello, *le mura* della città, *le porte*, l’armi, et munitione militare, et ha sotto sé soldatesca per la difesa d’ogni accidente, et da podestà, che l’administra iustitia civile, et criminale, con mero et misto impero vien governato. La politica poi vien regolata da Rovré, mediante li loro consoli nominati proveditori. A mattina confina con al città di Vicenza, a mezo giorno con Verona, a sera col Bressano, a settentrione con la città *nostra*. Esso Rovré è circondato da discoste montuose selve de legnami da opera, et da fuoco, quali si conducono alle città predette, et ad altre, oltre il bisogno. Dalli lor fundi ne cava molte malghe capacissime di grossissimo numero d’animali, da quali ne tranno li feti, bottero, et formaggio, che si conducono a Vicenza, et Verona, oltre il bisogno locale. Da queste etiam si cavan bellissimi marmi de più sorte, che alle città d’Italia ne vengono condotte, e ve ne sono quantità. Roveré ha grossissimi negotii de legnami, de sede, de grani, vini, e danari, che tre soli negotii traficano appresso a un milione all’anno. Ha legne, formaggio, butiro, vino nativo ottimo, et di grande lunga oltre il bisogno, che per migliara di scudi d’esse robe soprabundante ne manda alle città vicine. Questi negotii suoi causan concorso de molti artigiani, et abitanti; per il che il grano loro non li è sufficiente, come han molte città vicine, ma ne cava dall’Italia, e Germania quanto che vuole. Le carne (oltre quantità de salvaticine loro proprie) sono ottime, et oltre di queste ne ha dalla Germania il bisogno dove è suddita. Li pesci l’ha sopra la porta, poiché dal torrente Lem, fiume Adice, et laghi di Santo Andrea, ed di Garda, ne ha in grandissima quantità, e di qualità ottima, così l’oglio, oltre di che pesce, et ooglio dalla marina ne ha che quantità brama. Rovré (sic) ha sotto di sé tutte le Terre, e villaggi seguenti: Sacco, Pieve, Lizana, Marco, Volano, Noriglio, Saltaria, Pomarolo, Chiusole, le Porte, Nalbaré (sic), Fopian, Vall’Arsa, Teregnol, Trambelen etc. Li datii di Sacco, et Rovré per il passaggio delle merci fruttano a sua maestà serenissima circa trenta mille fiorini, che fanno scudi di Roma circa dieciotto mille; et pure la seda paga pochissimo, pagando solum tre baiocchi la libbra. Che se pagasse un testone, e più, come nel Stato Veneto, cavarebbe più di duecento milla scudi. Rovré ha il ius di eleggere il signor podestà, e patrone delle condanne che fa, ha l’utilità, si cava dalla cancelleria civile et criminale, et etiam dall’Officio del sale, oltre altri stabili. Vi è honesta quantità di gentiluomini, et fra

questi ve ne sono cinque Casate de matricolati della Contea del Tirol, diversi signori dottori, e soldati, molti, et diversi buoni cittadini, et quantità de mercanti de sede, de drapamenta de sede, che vanno alle fiere di Bolgiano, altri di legnami, de grani, vino, grassine, de danari etc. Da pochi anni in qua è più che raddoppiato de ricchezze, d'edifici, et de persone, a tal che a passeggeri pare sii fabricato di novo¹⁰⁴. Ha la sua chiesa parrocchiale, bella, fabricata di novo di tutto punto, adobbata di belli altari, con molti paramenti da sagrestia di valore: è regolata da arciprete, et officiata da molti sacerdoti, che godono buon numero de Beneficii instituiti da quella nobiltà, et abitanti. Ha due monasterii, l'uno de Capuccini, et questo li sei anni passati li ha restaurato, poichè era poco picciolo, con la spesa de più che dieci milla fiorini, et l'anno del 1630 in tempo di peste per soccorsi della città sola spesero nell'aiutar poveri più che otto mila fiorini: l'altro è de Carmelitani non riformati, comodi d'entrata per il loro bisogno. Confina etiandio mediante il fiume Adice con diverse giurisdizioni, et Castelli, feudatarii tutti del *nostro vescovato*, cioè l'illustrissimi signori Conti, et baroni respective di Lodron, de Liechtenstein, Troppi, Castel Barchi, Castelletti, le *nostre Madruze*, et tutte esse giurisdizioni hanno honesto numero de villaggi sotto sé. Da Rovereto sono stati assonti huomeni de rievante ingegno, et dottrina a cariche, et governi principalissimi, come de governatore di Parma, consiglieri di Corte di sua maestà cesarea, medici per quelle maestà, e di presente se ne trovan due nell'Officio de consigliere di regimento di sua maestà. Eppo popolo di Rovré, et suoi villaggi, come delle giurisdizioni confinanti, è quieto, pacifico, civile, caritativo, et inclinato alla devozione, et ha diversi esercitii spirituali de Compagnie, Horatorii, et Confraternità. Fa buon numero de anime a migliara, che così di subito non saprei il numero. Tutta la giurisdizione di Rovré circonda circa quaranta migli di circuito. Eppo Rovré con borghi attaccati circonda circa due miglia etc.”. Hactenus Madrutiana relatio Romam tunc missa pro impetranda facultate construendi novum coenobium Divi Rochi nostrorum Fratrum Reformatorum S.P. Francisci, Eidem plura possem adicere, sed chartae, ac temporis caritate premor, voloque de aliis etiam patriae regionis locis aliqua dicere. Subdam nihilominus sequentia. Primo, quod huiusmodi civitas non habet moenia proprie dicta, neque portas. Secundo, quod *Burgum Sancti Thomae Cantuariensis*, situm ultra pontem Lemni versus Licianam, sic dicitur ab ecclesia curata, quae in eo est prope ipsum pontem, appellatur *il Borgo di Lizzana* in pagella typis edita, et exhibente *un Responsorio, e Divozione a Sant'Andrea Avellino*, cuius reliquia exponitur dei 17 nov. *nella chiesa di S. Tommaso Cantuariense nel Borgo di Lizzana*, quod licianensi parochio subest, nullamque subsectionem profitentur provisoribus, et Communitati Roboreti. Tertio, quod nullus hucusque Roboretanus fuerit aut episcopus, aut canonicus alicuius ecclesiae cathedralis, vel Curiae Romanae praelatus¹⁰⁵. Quarto, quod celebrior scriptor Roboretanus habendus sit Hieronymus Tartarottus vita functus die 16 maii an. 1761, aet. 56. Quinto, quod is immerito etiam typis reprehensus fuerit, quasi novator, quia constanter scripsit non *Roveredo*, sed *Rovereto*. Etenim Rovereto ante ipsum scripsit Madrutius, et Franciscus Tarvisinus, et Marianus, et notarius praetorianus *Laurentius Franciscus*, seu Laurentius filius domini Francisci *de Francischinis* de Brentonico an.

¹⁰⁴ Roboretum Vallis Lagari coepit parere Venetis an. 1417, desiit autem an. 1509.

¹⁰⁵ Anno tantum 1776 exeunte canonicatum Tridentinum obtinuit Roboretanus baro Piccinus Ioannes Antonius, et an. 1783 a Pio VI factus est Praelatus domesticus ac referendarius utriusque signaturae, quia eidem Vienna Romam redeunti hospitium dedit eius frater Horatius.

1611, alius notarius, seu cancellarius praetorius Petrus Malinvernus an. 1684¹⁰⁶. Ecclesiae Roboretanae sunt hae. Parochialis Divi Marci, alia SS. Redemptoris in vico dicto *la Terra*: alia S. Catharinae nunc PP. Capuccinorum: alia S. Caroli nunc Clarissarum: alia S. Rochi Minoritarum Reformatorum: alia S. Mariae Lauretanae, nunc semicurata, alia sodalium S. Iosephi, alia sodalium Suffargii, alia Salesianarum, alia parva s. Mariae in Platea nova Picciniana. Tres deinde sunt ultra pontem, prima S. Thomae, alia S. Barbarae, tertia S. Mariae Patrum Carmelitarum, quibus novissime addita est haud procul ecclesia Matrum Teresianarum. Pro nunc de Roboreto nostro satis. Porro et alibi esse nominis eiusdem loca, vel oppida non erit inutile adnotasse. Profecto non longe a Rodigio est *la Terra di Roveré*. Quidam Lazarus Socius I.U.D. anno 1691 nostro R.mo Patri Hippolyto de Hippolytis Perginensi, *Consiliario Caesareae Maiestatis*, dicans quemdam suum libellum, se se appellavit *Canonico della Collegiata insigne di Rovereto*. Dionysius Veronensis recenset *Roveré di Velo*, ac *Roveré* aliud apud Nogariam. *Roveredo dalla Luna*, parochiae Medio-Coronensis ad dexteram Athesis versus Bulsanum, quod latine *Roboretum a Luna* dictum reperi an. 1745 in pagella edita Communionis paschalis ibidem factae: *Roveré* autem in tabula Maginiana. Item *Roveredum Plebis Civizani* an. 1489. *Rovereda Plebatus Perzini* an. 1394 dictum an. 1166 *Roburae*¹⁰⁷. Item *Roveredum in pertinentiis Tridenti* 1379. *Rovereto* pagus agri Mutinensis. *Rovereto presso cui fu fabbricata la città d'Aessandria nella Lombardia*, prout refert Platina italicus in Vita Alexandri tertii. *Roboretum*, urbs episcopalis sub archiepiscopo Armacano in Hibernia, metropolis provinciae Ulsterianae, sive Hulstoriae, atque Comitatus Roboretani, dicta ibi *Londonderri*, seu Londinum novum. *Rouvres*, latine *Robora*, vicus Galliae, sive oppidulum antiquum et cultum, ad Vegram fluvium. Nostrum Roboretum dictum est *Terra Rovereti* an. 1475. In lapide an. 1427 Roboreti apud Patres Carmelitas posito, et exscripto a Iacobo Tartarotto *nelle Iscrizioni Lagarine* num. XI ex lapicidae oscitantia dicitur *Revoredum* pro *Roveredum*; habet enim: *Quique Revoredi dominus fuit, atque Lizanae*. Anno 1617 die 9 ianuarii sub datum *Roboreti* scripserunt cardinali episcopo Tridentino *Provisores Roboreti*, praesentantes eidem presbyterum quemdam ad Beneficium Capellae s. Catherinae V. et M. in *Terra Roboreti*. Anno 1511 die 7 augusti sub datum *In Castro Persenae*, idest Pergini, Maximilianus I Romanorum imperator scripsit *Fidelibus nobis consulibus, et Communitati Civitatis nostrae Roveredi*. In supplemento ad Dictionarium Calepini edit. Patav. 1708 legitur *Roboretum*, p.p. n. 2. *Roveredo*, *Roveré*, inc. *Rovereid*, oppidum Cenomanorum, in agro Tridentino in limite domini Veneti, apud Athesim fluvium a Verona 26 M.P. in Boream Tridentum versus, a Benaco lacu 12 in Ortum. Item *Roverei* Pagus Insubriae in Helvetiorum ditone ad Muetium fluvium ultra Belitionem¹⁰⁸. De nostro Roboreto vide infra num. 294, 303.

196. Sabinianum, *Savignano*, vicus montanus inter Pomarolum, et Cesuinum versus montem Celium, a Magino tab. 18, et 22 dictus *Favergnano*, et tab. 31 *Savegnano*. Ad an. 1339 appellatus est Savignanum sub castellania Castelbarchi. Ad annum autem

¹⁰⁶ Roveredum, oppidum magni nominis in Rhaetorum ditone, bidui, et forte amplius Maediolano dissitum. Conterminum Belitiorum cum Praeposito ecclesiae s. Victoris. Ex Vita s. Caroli, ad annum 1583.

¹⁰⁷ *Come già detto questo documento è falso!

¹⁰⁸ *Rovereto* terra della diocesi di Fano, con un convento di Frati Francescani antichissimo. Si dice *Rovereto* in italiano dagli storici fanesi. *Roveredo* villa dioecesis tarvisinae an. 1317. *Rovereto* pagus dioecesis cerviensis, Ducatusque Ferrariensis habens homines 501 anno 1777, ex Diario ferrariensi.

1436, et 1472 itidem *Savignanum Plebis Lagari*. Ceterum ego scripsi *Sabinianum*, quia etiam *Savignano Castello tra Cesena, e Rimini* dictum reperi *Sabinianum* in inscriptione an. 1622. Addo quod Pater Ioannes Baptista Saianellus in *Monumentis historicis Congreg. B. Petri de Pisis* edit. Ven. 1728 pag. 183 agens de *coenobio Compitae, seu Sabiniani* dicit: *Incolae Compitae quod est Castrum Aemiliae in agro Ariminensi (Italice Savignano) Sacellum* etc. Reperi et *Savignani* castrum in territorio Mutinensi ad an. 1143, necnon *Ugolinum de Savignano Mutinensem equitem* ad an. 1352. Cave, ne *Savignanum Lagari* confundas cum *Seregnano*, vel *Sevignano Civezani*, ac *Savignano Cimbriae*. Modernus cardinalis Caietanus Fantuccius Ravennans est protector etiam *delle Terre di Savignano, e di Aghateo*.

197. *Sablonaria, Sabionara, et Sabionera*, vicus parochiae Aviensis prope Avium, inter Pilcantum, et Murium¹⁰⁹. Dicitur *Sabloneria Plebatus Avii* ad an. 1203. *Sabionera Avii* ad an. 1755 in nostro Necrologio vigiliano. Mihi placet scribere *Sablonariam*, quia etiam penes Iacobum Sirmondum scriptorem celebrem inveni mentionem urbis *Sablonariae*: necnon quia *Sabionetta* Italiae urbs nuncupatur *Sabloneta*. Exstat alia urbs in Creta insula nominata *Sabionera*. Vicus noster dicitur *Sabionara* in tabula Spergesiana. Lagarinis autem familiare est, praesertim rusticis proferre *Fornera, Morera, Calchera, Salera*, pro *Fornara, Morara, Calcara, Salara*, et similibus. In Lotharingia non longe a Tullensi urbe locus est dictus *Sablonariae*, gallice *Sabloneries*, ubi an. 862 habitus conventus syndicus.

198. *Salamonis Dorsus, il Dosso di Salamone*, situs inter Avolanum, et Hilari fanum, de quo supra num. 80 verbo *Gardularum mons*. Antiquis placuit facere generis masculini. Melius autem scribetur *Salomonis*, quam *Salamonis*. In America sunt sexdecim Insulae Salomonis adpellatae, quas an. 1567 detexit Alvarus de Mendoza.

199. *Siccum, il Sich*, vicus Vallarsiensium apud Foppianum, et Albaretum, de quo Taxa officialium anni 1694, et Spergesius, a quo dicitur *il Sico*. Is unus est ex illis locis, de quibus vir celeberrimus Ludovicus Antonius Muratorius Mutinensis presbyter To. 2 *Antiquit. Ital. medii aevi*, Dissert. 33 *de origine, sive etymologia italicarum vocum*, col. 1101 inquit: In Veronensibus, Vicentinis, et Tridentinis montibus adhuc vici quidam supersunt, in quibus antiqua Saxonum lingua perdurat, atque hoc ipso ineunte saeculo (*subintellige XVIII*) Danorum rex, regnantis (*Friderici quinti*) pater, in Italiam profectus, eorumque locorum incolas alloquutus, plurima ibi offendit Danici sermonis vestigia. Eiusmodi populos clarissimus marchio Sciopio Maffei in Verona illustrata, censet *Cimbrorum* reliquias. Hactenus Muratorius. Vide infra num. 229.

200. *Stropparolum, Stropparolo*, nunc *Santilario*, vicus inter Roboretum, et Avolanum, sic ut puto appellatus, nempe *Stropparolum*, ab arboribus, quas indigenae *Stropparios* nominant, latini viminalia, quia vimina vites palis¹¹⁰ vinciendo praesertim apta producunt. De loco eodem iam dictum supra num. 89 verbo *S. Hilarius*. Nulla alia in Tridentino episcopatu, quod quidem ego sciam, reperitur ecclesia s. Hilarii nomine dedicata.

¹⁰⁹ Vide infra num. 288.

¹¹⁰ *Al posto degli odierni figli della pergola, in antico, mancando filo di ferro, si usavano pali di legno con diametro non troppo ampio.

201. Slacchae, *le Slacche*, vicus Trambelenensium apud Pozachium, et Glaciariam, de quo Taxa officialium, et Spergesius, In diplomate Ioannis quarti, seu Hinderbachii, episcopi ac principis Tridentini, dato Tridenti an. 1472 die 24 dec. legitur: *incipiendo ad Masum (sic) de Yslachi de Terregnolo... usque ad medietatem aquae de Terregnolo; et infra: de Sancto Columbano eundo per Pontem aquae Terregnoli usque ad Mansum de Yslachi.*

202. Spiltium, Spergesio *Spilz*, vicus Fulgariae, ubi familia Rellarum, vulgo *degli Spilzi*, satis dives. Nunc 1793 dicenda olim dives.

203. Stedeleri, gli *Stedeleri*, vicus Terragnolitanorum, Taxa officialium memoratus.

204. *Slavini di Marco*, sic nedum a vulgo, sed etiam a barone Spergesio in tabula topographica nuncupati, de quibus dictum verbo *Marcum* num. 111.

205. Saccum, *Sacco*, pagus celebris Roboretum inter et Athesim¹¹¹, de quo haec habet Marianus in *Trento* pag. 578, 579: “Tra i Porti su l’Adice di Val Lagarina si fa osservar quello del Calliano, luogo di gran passo, e celebre per il conflitto, che vi seguì tra’ Veneti, e trentini l’anno 1487, come si disse. Ma più di tutti è notevole il Porto di Sacco, come quello, che facendo, che facendo il mezzo della navigazione tra Bolgiano e Verona, riesce il più comodo, e frequente, né men sicuro. Sacco poi è villaggio, o Borgo civile, popolato, e mercantile, con belle fabbriche, e buoni alloggi anco per trattar prencipi, quando occorre. Ha una bella piazza sul Porto con un’alta torre, che fa prospetto. La chiesa curata in titolo di S. Giovanni Battista è riguardevole di fabbrica, e d’altari, con una cappella a parte sontuosa in onor di Maria Vergine Annunciata. Tiene questo luogo grandi corrispondenze per Germania, e più per Italia, rispetto alla quantità di legnami, che vi si trasmettono, servendosi tra l’altre città, Verona, Mantova, Ferrara, Bologna, e singolarmente l’Arsenal di Venezia. Del Porto di Sacco, di cui parlo espressamente in altra opera (*scilicet* nella Relazione del Tirolo *ut puto*) solo qui ho toccato in passando, con soggiugnere, che li zattieri di Sacco come primi, sono privilegiati”. Haec ibi Marianus. Hodiernus quoque Saccensium archimysta, seu parochus dicitur tantummodo *curatus*, etiam in serie parochorum galliciolana; est suffraganeus parochi Roboretani, quamquam in Albertina relatione ad Limina data Tridenti die 20 dec. 1760 eius ecclesia recenseatur inter parochiales proprie dictas, nil minus quam aliae Murii, Roboreti, Avolani, Garduni etc. dicendo sub num. 56 *S. Ioannis Baptistae Sacci*. Hoc an. 1776 ibi sunt familiae circiter trecentae, homines circiter 1470, quos inter clari nominis scriptor Clemens Baronius marchio *delli Cavalcabò*¹¹². Sunt et nobile Fedrigotti de Bosiis et Oxenfeld, nati ex illo Petro Modesto, qui adeo dives et locuples fuit, ut passim Asinus Aureus, *l’Asino d’oro*, audierit, vivens etiam anno 1750. Idem pagus dicitur *Saccum*, et *Sachum* in tabulis Tridentinis ab an. 1201. Ita etiam et in Veronensibus de rebus lagarinis agentibus ad an. 927, al. 928, ut supra num. 36. Il libello autem saepe citato, cui tit. *Iura Episcopatus Trid. in Valle Lagarina*, sub rubrica *Plebatus Lizanae*, notatur *Vadum de Sacco cum muta, quae est ibi magna, est episcopi Trid. et Ecclesia Trid.* et infra: *Muta Navium, et ratarum, quae solvitur in Plebatu Lizanae* etc. De eodem Sacco loquitur Iacobus Tartarottus in

¹¹¹ *Sacco, amena, e ricca terra della Pretura di Roveredo* dicitur a Clementino Vannetio pag. 18 *delle Notizie intorno al pittore Gasparantonio Baroni Cavalcabò di Sacco*, edit. Veron. 1781.

¹¹² Vedi infra num. 305 in fine.

Inscript. Lagarinis inscr. 14. Marchio Dionysius in Topographia veron. verbo *Sacco* pag. 65, ubi notat, hunc locum non fuisse memoratum ab Hieronymo Tartarotto in Epistola chorographica ad Ludovicum Muratorium. Maginus tab. Italiae 22, et 31. Antonius Clusolus in Mundo antiquo et moderno, Spergesius in sua tabula, cui tit. Tyrolis Pars Meridionalis edita an. 1762 et alii. Alibi quoque sunt similis nomina loca. Blancolinus L. 3 Eccl. Veron. pag. 271 adfert monumentum an. 853 recensens *le chiese di S. Maria, e di S. Thomé edificate in Sacco*, donatas Veronensi monasterio S. Zenonis, loquiturque ibi Blancolinus *della chiesa di s. Tommaso Appostolo in Sacco*. Antea, nimirum L. 2 pag. 609 egit *della Chiesa de' SS. Filippo e Iacopo in Sacco, idest sopra la sponda del fiume Adice quasi rimpetto al Castel Vecchio di Verona*¹¹³. In Paduanae urbis conspectu vidi Terram nominatam *Pieve di Sacco*, et ab Ughello *Castellum de Plebe Sacco*, ac in Necrologio nostro Veneto *Plebis Sacci*. Baudrandus etiam habet *Saccam, Sacca, urbem Siciliae, Vallisque Mazariae cum Portu*. Nostrum *Saccum* probabiliter fore *Sagum* memoratum in diplomate saeculi noni ad an. 888, supra num. 150, verbo *Plebs*, iam adnotavi. Sane G. et C. literae sibi saepe succedunt. Unde nostris non infrequens est loca quaedam Tridentina sic nominare nedum oretenus, sed etiam scriptis: *Brentonico*, et *Brentonego: Stenico* et *Stenego: Lisignaco*, et *Lisignago: Valternico*, et *Valternigo: Viaraco*, et *Viarago: Vico*, et *Vigo, Monclassico*, et *Monclassago*. Alii pro *Sacca* praedicta legunt *Saccum*. Anno 1201 in charta scripta Tridenti occurrit *Vadum de Sacco ex utraque parte Athesis*. Ceterum *Sagum*, italice *Sago*, est vestimentum militare, genus vestimenti brevioris, quo belli tempore utebantur Romani.

206. Sanum, *Sano*, vicus Muriensis parochiae, in monte versus Brentonicum, e regione Castellionis, versusque Nacum. Dicitur *Sanum* in tabula an. 1372, 1374, et 1440. *Assanum* in libro anni 1580. In Polonia est fluvius *Sanus* appellatus. In Phrygia est oppidum *Sanis*, dictus etiam *Sani*. Est et *Samus* urbs episcopalis in Mari Aegaeo. *Samus*, sive *Samos* oppidum Calabriae. *Samus* urbs maris Icarii. Porro noster vicus a Lagarinis persaepe dicitur *Sam*, pro *San*. Iacobus Tartarottus Inscript. septima inquit: “Sotto la giurisdizione del Castello d’Albano erano compresi Mori, Tierno, Besagno, e *San*, le quali terre nell’anno 1439 vennero in potere della Repubblica di Venezia, e furono soggettate alla Pretura di Rovereto, come lo erano molto prima Brentonico, Ala, ed Avi”. Hodie tamen nulla ex iis pertinet ad Praeturam Roboretanam, Sanumque Vicario Muriensi paret. In matricula Ordinum sacri imperii Romani, hoc est eorum, qui ad Comitum evocari, inque iis ius suffragii habere solent, desumpta ex tabulis publicis quas Fridericus tertius imperator in Comitibus Ratisponensibus an. 1471 conscribi iussit, quasque ex Melchior Goldasto edidit Petrus Aertius in Commentariis rerum Germanicarum edit. Amstelodami 1632, Lib. 2, cap. 3 in Ordine Comitum non principum pag. 219 est *Comes de Sano*.

207. Saltuaria, *Saltaria*, pagus Oriliensium, inter Avolanum, et ipsum Orilium. Qui eum adit ire dicitur non *a Saltaria*, sed *in Saltaria*. In tabulis an. 1436, 1471, et 1571 appellatur *Saltaria*. Pariter *Saltaria* nominatur in tabula spergesiana. In Mundo autem Antonii Clusoli edit. Ven. 1739, To. 2 ubi *del Vescovado di Trento* a pag. 447 num. 57 *Salteria*. Bartholomaeus Pisanus in Conformitatibus S.P.N. Francisci anno circ. 1390 scriptis commemorat *Coenobium Saltariae in Umbria, seu Locum de Saltaria Custodiae*

¹¹³ An. 1450 claruit Petrus Veronensis de Sacco, medicinae professor publicus, de quo Maffei, et Blancolinus. *Saccum* est extra muros Veroane 1451.

Fanensis L. 1, Conformit. XI, fol. 121, col.4 edit. Mediol. 1510. Eiusdem *Saltariae Fanensis* meminit etiam P. Ioannes Baptista Saianellus in Monumentis Ord. s. Hieron. Congreg. B. Petri de Pisis pag. 429. Fr. *Franciscus Cicconius de Saltaria Fanensis dioecesis*. Anno 1621 vixit rev. clericus dominus Sebastianus filius domini Ioannis Iacobi Ioannis Victoris de Saltaria iurisdictionis Roboreti.

208. Saxum, *Sasso*, vicus parochiae Villanae versus Pomarolum. In tabula an. 1614 dictum reperi *Saxum Vallis Lagarinae*, cuius incolae dici possunt Saxani. In alia an. 1304 *Sassum*. In tabula an. 1339 *Saxum sub gastaldia Castrinovi in Valle Lagarina*. Trithemius de Scriptoribus eccles. cap. 626 laudat *Ioannem de Saxo* Ordinis FF. Minorum scriptorem ad an. 1350; sed in lib. de Scriptoribus German., c. CXI eundem dicit *de Saxonia*. In Valle Telina est vicus dictus *Saxum* sub parochia Pontis.

209. Sargnis, vicus in Alano territorio, sic appellatus ad annum 1202, supra num. 147. Sarnes ad an. 927, ibidem Sarnum ad an. 1215, supra num. 96, ubi de eius Prioratu nunc cardinalitio s. Leonardi actum. A lexicographis recensetur Sarnus oppidum Illyrici. *Sarnus* fluvius Picentinorum, et Sarnum civitas episcopalis sub archiepiscopo salernitano, patria illius Fr. Constantis Buccafoci Ordinis Minorum qui post multos editos libros obiit an. 1595, *Cardinalis Sarnanus* appellatus. Noster Sarni vicus est prope Burgetum, ubi an. 1340 fuerunt Prata episcopi vocata, scilicet Tridentini, et quidem *magni redditus*. Bonellus meus Vo. 2, pag. 672, col. 1, putat eadem prata fuisse illum *Campum cognomento Sardis, qui supra Veronam est*, memoratum a Paulo Diacono L. 3, c. 29, ubi Autharis Langobardorum rex occurrit sponsae suae Theodolindae Bavaricae. In tabula Peutingeriana collocatur Sarnis 24 P.M. a Tridento versus Veronam. *Campum Sardis iuxta Veronam* dicit P. Romualdus a s. Maria in Papia sacra part. 4, pag. 11.

210. Sornae, *Sorne*, vicus inter Brentonicum, et Chizolam, cum torrente cognomine in Athesim labente. Sic Hieronymus Tartarottus nelle Memorie antiche pag. 23, ubi ait ipsum probabiliter fore *Campum Sardis* Pauli Diaconi, quod Bonello non placet. Spergesius recenset torrentem, seu fluvium *Sorna* sine vico. In libello autem saepe citato *Iurium Eccles. Trid.* memoratur *Aqua de Sorna in Plebatu Murii apud Terram de la Clozola*.

211. Serravallis, *Serravalle*, pagus Alanae parochiae, in via imperiali, inter Marcum et Alam¹¹⁴. Dicitur *Seraval* a Magino in tab. 22 territorii Veronensis, nihilque de eo habet in 31 territorii Tridentini ubi nequidem *Ala* comparet. Similiter omissus fuit ab Antonio Clusolo. Latine autem *Seravallis* anl. 1240, *Seravallun* an. 1255. *Seravallis* an. 1483, 1681. Eiusdem loci hominibus datus fuit primum sacerdos curatus an. 1483. *Rector* ab alano parochia quasi exemptus anno 1603. Similis nominis loca sunt et alibi, nimirum *Seravallis* oppidum dioecesis Cenetanae, aliud Pistoriensis in Tuscia, aliud in Liguria, et aliud in dioecesi Arimeinensi. Item in dioecesi Terdonensi in Insubria. Ughellus in Cenetensibus scribit *Serravallum*. Coletus ibi *Serravallem*. An. 1262 Cenetae scriptum est diploma cum subscriptione: *Ego Seravallus, qui dicor Bonacius, sacri palatii notarius* ibi. Iacobus Tartarottus Inscript. 6 commemorat *le Torri di Serravalle, e Chizola*. In tabula vero anni 1240 occurrit mihi Castrum de Seravalle. In

¹¹⁴ *Seravalle* locus parochialis dioecesis Bononiensis cum par. 2, et hom. 800 cir.

alia an. 1339 Castrum Seravallis. In saepe citato libello *Iurium Eccl. Trid.* in Plebatu Muri lego: *Turris de Seraval cum illa Clausura, sive Clusa*. Quaedam soror Apollonia *Seravallia* de Roboreto fuit abbatissa Tridenti ad s. Trinitatem an. 1625 et iterum an. 1630.

212. Serata, *Serada*, vicus Fulgariae Terragnolo conterminus, ubi fui et ego an. 1756. Ab Spergesio italice dicitur *Serata*. Serata Folgariae an. 1295. In tabula vero an. 1389 *Serada de Folgarida Vallis Lagarinae*. Unica ibi est ecclesia parva, cum curato. Anno 1389 vixit Ianesus quondam Petri de Serada de Folgarida Vallis Lagarinae, olim habitator in Schanuclis Vallis praedictae et nunc habitator Tridenti. An. 1362 *Sichelle quondam Petri de Serada*. Vide infra num. 310.

213. Serosa, dicitur vicus Terragnoli ab Spergesio, sed ego ipsum non invenio in Taxa officialium, ubi omnes Roboretanae Praturae vici enumerantur. Forsan est vicus *dei Geroli* terragnolensium, aut *Gerosa* oriliensium confinium.

214. S. Sebastianus, *Sansebastiano*, vicus Fulgariae cum curato, de quo Spergesius. In Gallia prope Parisios est parva civitas dicta *s. Denis*, latine Dionysiopolis, et Sandionysium.

215. Sega, vicus Vallarsiae, de quo Taxa officialium Praeturae Roboretanae an. 1694. *Serra Norillii* anno 1571.

216. Scanucla, *Scannucchia*, mons altus Besenellensium in vertice planus, et pascuosus, cum palatio nobili. Dicitur *Scannucchia* etiam ab Spergesio. In tabula vero an. 1389 *Schanuclae Vallis Lagarinae*. A Mariano in *Trento* pag. 595 *la Montagna Scannuccio, o Filadonna*. In charta an. 1391 occurrit mihi *Bertoldus quondam Iechele de Schaluclis* (Schanuclis) *plebatus Avolani*. Vide n. 212, 324¹¹⁵.

217. Solassum sub castellania Pradaliae dictum ad an. 1339, puto Folassum, de quo supra num. 75.

218. Sosignalis, *Sosignale*, parochiae Muriensis, de quo Bonellus Vol. 2, pag. 673. Occurrit mihi *Sosignalis* plebis muriensis ad an. 1216. *Sosignalum* ad an. 1340, et 1440. Il libello cit. *Iurium Eccl. Trid.* ubi de plebatu Muri, *Corona de Sosignalo, seu Piperguli, quae est magnum fortilitium*. Vide supra num. 161.

219. Staineri, *gli Staineri*, vicus Vallarsiae, de quo Taxa officialium, et Spergesius,

220. Tercirum, cuius mentio ad an. 1340; locus fuit apud Pedersanum, de quo nihil aliud inveni. *Decimae Pedersani, et de Zesowino, et de Terciro*.

221. Teurus mons. Anno 1251 commemorata reperi *Prata montis Teuri Sancti Vincentii sub Castro Cornu*.

¹¹⁵ An. 1457 vixit magistr Petrus dictus Peter quondam Tomasio de Scanuclis civis, et habitator Tridenti.

222. Terragnolum, *Terragnolo*, vallis muontuosa inter Orilium, et fines dioecesis Vicentinae ditionisque Venetae, a Lemno fluvio in duas partes divisa, et quindecim vicis constans, quorum potior nuncupatur *la Chiesa*, quia ibi est ecclesia parochialis, nunc Roboretanae, olim Licianensis suffraganea. In serie parochialium ecclesiarum, quam an. 1760 cum sua relatione de statu Ecclesiae Tridentinae Romam misit episcopus Franciscus Felix Comes de Albertis, recensetur num. 52 illa *ss. Petri et Pauli Terragnolli*, cuius primus curatus deputatus fuit an. 1469 die 10 septembris Presbyter Ioannes Fratzer constantiensis dioecesis. In Taxa officialium, ac etiam vulgo dicitur *Terregnolo*. A Mariano, et aliis *Terragnolo*. Ab Antonio Clusolo *Terregnolo*. Ab Spergesio *Terragnol*. Ab Ambrosio Franco arcensi *Terraneolum*. Il lib. citato *Iurium Eccl. Trid.* allegata charta an. 1242 nominantur *Mansi, et Redditus in Terragnolo, et suis pertinentiis... usque in Posenam*. In fine Statuti Roboretani ad an. 1611 *Platea Terragnoli*. Eius incolae passim germanico idiomate corrupto loquuntur. Facciolatus in sua Orthographia moderna italica notat: *Terragnolo, vicino a terra, terrae proximus*. Passim dicitur: *andar in Terragnolo, venire da Terragnolo*. Ibi fui et ego an. 1745, ac 1756. Eius terra vinum quoque producit, sed montanum. Iacobus Tartarottus Inscript. 14 scribit *Terragnuolo*. Videsis num. 229. A lexicographis commemoratur avis dicta *Terraneola* p. c. quia in terra versatur, et nidificat.

223. Theradoi Castrum in Valle Lagari occurrit mihi ceu subsistens an. 1339, sed ubinam fuerit nescio.

224. Thiernum, *Tierno*, pagus Muriensis parochiae ad radices montis Baldi, seu brentonicensis. In citato placito Lotharii de anno 845 occurrunt *Brunarius, Bonaldus, et Honoratus germani de Tilliarno*, utique pago isto. Ibi occurrit insuper ceu Tridenti agens, ac litigans contra abbatem Veronensem s. Mariae ad Organum, *Lupo Suplaimpunius filius quondam Lupardi de Tilliarno*. Hinc Ioannes Baptista Blancolinus L. 1 Eccl. Veron. pag. 297 recensens ababtes monasterii s. Mariae in Organo, sive in *Organis*, nunc Ordinis Olivetani, ait: 834 *Audiberto... Questo abate chiamò in giudizio dinanzi al messo imperiale nella città di Trento un certo Lupone, ch'egli pretendea esser venuto alla servitù dell'abazia*¹¹⁶. Idem pagus nominatur *Tilernum* ad an. 1214, et 1218. *Thiernae* ad an. 1252. *Thiarnum* ad an. 1440. *Thiernum* denique ad an. 1362, 1389, 1446, 1513, 1538, 1540, 1561 et sequentes. Tria sunt in eo templa, nullum tamen curatum est, eoquod a parochiali muriensi ne per unum quidem horae quadrantem distet. Centum et amplius constat incolarum domibus, quas inter illa praestantior habetur, quae de Rasa nuncupatur. Gens quoque de Betta, quae nunc Roboreti claret, vale dicto civitati ripanae, pedem fixit Thierni saeculo quintodecimo ante an. 1470¹¹⁷. Hinc reperi *Franciscum de la Betta de Thierno* ab. an. 1513, parochum Sansisinnii in Anaunia, deinque ab an. 1534 Muriensium. Item *Gabrielem filium domini Pancratii de la Betta de Thieno* ab an. 1540, itidem Muriensium archipresbyterum. Porro qui de Thieno sunt dici posse videntur, nedum Thiernenses, verum etiam Thiernaesi, Thiernates, Theirmini, ac Thiernitani, quemadmodum ii, qui *Thienas*, vicentinae dioecesis pagum, urbsque *Smyrnam, Typehrnum, Prievrnum, Amiternum, Acernum, et Salernum* incolunt, nominari solent Thienaei, Amyrnaei, Typhernates, Privernates, Amiternini, Acernini, et Salernitani. Cavendum autem, ne Thiernum Murii, cum Thiarno Leudri confundatur, de quo alibi, ac sciendum, quod nedum Thiernates, sed etiam Castilionaei, Sanenses, ac

¹¹⁶ Ab Elia Capreolo L. 10 dicitur il *Borgo di Terno*, pro *Tierno*.

¹¹⁷ Anno 1389 vixit Benevenutus quondam Petri de Tierno habitator Tridenti.

Ravationenses, ab extraneis Muriensium nomine censeantur, et appellentur. De eodem Thierno nihil habent Maginus, et Clusolus, ipsumque tamen recenset Spergesius, Iacobus Tartarottus Inscript. 7. Hiernonymus Tartarottus *nelle Memorie ant.* p. 27. Bonellus Vol. 2, pag. 673, col. 1 et 2. Anno 1257 vixit Garscenda uxor quondam Iacobini de Perzine de Tiens Plebatus Murii. Anno 1287 archiepiscopus Bituricensis visitavit *Abbatiam Thiernensem*, seu *de Thierno*, dioecesis Claromontanae.

225. Toldum, il *Toldo*, vicus Trambelenensium, de quo Taxa officialium et Spergesius, et chartae an. 1585, 1614. Roboreti floruit gens de Betta *dal Toldo*. Avolani quoque sunt Thovatii *dal Toldo*. Unus autem ex Quatuor Mansibus Avolani, de quibus supra num. 182, nominatur *i Toldi*. Etiam Maginus habet Toldo agri Trambeleni, sed extra suum locum.

226. Torrarius mons ultra Terragnolum, recensitus ab Spergesio, et Marco Petio in libro *de' Cimbri* To. 1, pag. 35, *Toraro*.

227. Tonetia, *Tonezza*, mons alius ibi, de quo idem Spergesius, et Maginus, qui eum dicit pagum Vicentinorum. In Africa fuit olim urbs episcopalis *Tuniza* dicta. Ceterum *Toneza* est pagus Vicentinorum 24 P. M. a Vicentia distans, et in districtu Scledi, seu *di Schio* situs. *Toniza* Africae, dicta reperitur etiam *Tunissa*, et putatur Tunatum, vulgo *Tunisi*.

228. Trambelenum, *Trambeleno*, ager, seu mons inter duos Lemnos situs, et decem vicis constans, cum curato Roboretani archipresbyteri suffraganeo. Dicitur *Trambelenum* 1571, *Trambeleno* ab Spergesio, et Iacobo Tartarotto. *Trambelenum* an. 1292. *Trabellenum* 1334. *Trambeleno* a Mariano pag. 574. *Trembeleno* a Taxa officialium, et a vulgo. Videsis num. sequentem et supra numero 170 ad finem, ubi recensetur Castrum *Trambellini* ad an. 1240¹¹⁸.

229. Vallarsia, *Vallarsa*, regio montuosa inter Roboretum, et fines Vicentinorum meridianos, a Lemni aquis irrigata, cuius vici extra ipsam vix nominantur. Habet parochum unicum, Licianensis suffraganeum. In serie parochiarum missa Romam anno 1760 ab episcopo Francisco Felice num. 51 lego: *S. Vigili Vallis Arsiae*. Eadem ecclesia in literis scriptis anno 15017 in *Canonica Vallarsae* nominata fuit *s. Vigili de Vallarsa*. Nuper defunctus parochus Andreas Pretius in actibus publicis consuevit scribere *Vallarsiae*¹¹⁹. Sic et a Curia episcopali Tridenti praestitum admadverti. *Vallarsa* dicta occurrit ad an. 1242, 1340, 1436, 1472, 1525, 1768. Spergesius, et Marianus *Vall'Arsa*. Clusolus eam praeteriit. Maginus *Vall'Arsa*. Ioannes Iacobus Spada Gretianae archipresbyter in catalogo Corporum lapide factorum agri Veronensis edit. 2 Veron. 1744, pag. 72 ait, Lapidinam elegantissimi marmoris varii coloris ab italis *Breccia* dicti, quo columnae, arcus etc. exsculpuntur, extare in *altis montibus vulgo di Vallarsa*, agro Veronensi finitimis. Marcus Petius presbyter Veronensis in opella cui tit. *dei Cimbri Veronesi, e Vicentini* pag. 48 edit. 3 Vern. 1763 inquit: “*Sopravvive in Verona l'eruditissimo signor abate Domenico Vallarsi più rinomato nelle sue opere, e storia dei letterati, che possa io di presente lodare, originario anch'egli*

¹¹⁸ *Trabellenum* 1328.

¹¹⁹ Hunc Petrium salutavi Tridenti in conevntu s. Bernardini in hac die 15 septembris 1784. Nunc 1787 est archipersbyter s. Bartholomaei Teutonici.

di *Vallarsa* luogo degli interposti ai XII e VII Comuni, e confinante con Recovaro, e perciò uno de' più belli ornamenti de' Cimbri, e in queste, e nelle future etadi¹²⁰. Vallarsienses passim dicuntur *Vallarseri*. Scripsit *Vallarsa* etiam Iacobus Tartarottus Inscript. 14. *Vallis Arsia* Ambrosius Francus. In Istria est fluvius dictus *Arsia* latine, italice autem *Arsa*, teste P. Phil. Ferrario in Lexico Geogr. verbo *Arsia*. In Tuscia est silva nuncupata *Arsia*. Praecipuum Vallarsiensium negotium est ligna caedere, ac ea per Lemni aquas Roboretum ducere comburenda. Vide infra num. 281. Marianus pag. 270 inquit: "Ne' monti vicini a Trento vive memoria d'Atila re della Pannonia, per l'avanzo di que' barbari, che vi si ricovrarono dall'ultima strage. E tra gli altri luoghi in *Val'Arso* sotto Rovereto, Trambeleno, e Terragnolo parla da Hunno. Anzi è fama, che Atila stesso sia capitato in detta Valle, il che potria essere in qualità di profugo, non di conduttore d'esserciti, stando com'è quel passo troppo angusto". Unico verbo scribi potest *Vallarsia*, sicuti scribitur *Vallumbrosa*, et *Ordo Vallumbrosanus*.

230. Valduga, vicus Terragnolensium ab Spergesio nominatus. In Taxa officialium Roboreti dicitur *la Valduga*, et a Magino tab. 31 *Valuga*.

231. Valmorbia, vicus Vallis Arsiae, de quo Taxa, et Spergesius.

232. Vall'Orsara, vicus Fulgariae, de quo Spergesius. In charta an. 1390 occurrit mihi *Bertoldus quondam Federici de Valersara Fulgaridae habitator Tridenti*. Ser Odoricus de Valorsara de Folgeria an. 1295. Dominicus q. Andreae de Vallerosara de Fulgarida anno 1485.

233. Valorsari, alter vicus Fulgariae ab eodem Spergesio recensitus. Anno 1390 vixit Tridenti habitator Bertoldus quondam Federici de Valersara Gulgaridae.

234. Val di Prigione, locus Vallis Arsiae, sic dictus in Tabula Spergesiana.

235. Vallis, *Valle*, vicus ubi est ecclesia parochialis Gardunensium, sic appellatus in tabulis an. 1460, 1470. Quidam *Endricus quondam ser Marchesini de Valle de Garduno* vixit anno 1215. Eiusdem Vallis meminit et charta an. 1339. Fuit olim *Vallis* pagus Umbriae apud Montem Brulianum.

236. Valdemaria, de qua sic reperi ad an. 1212, *Valdemaria ultra Alam versus Tridentum*, et *Valdemaria contra Burgum Alae*.

237. Varanum, *Varano*, vicus Gardunensium, de quo ad an. 1447, et 1470. Exstat *Varanum* etiam in Gallia Biturigica: et *Veranum* in Valle Venusta. *Varanum* Plebis Garduni 1339¹²¹; sed forsitan *Veranum* Vallis Venustae est *Maranum*.

238. Vantia, *Vanza*, vicus Trambeleni, de quo Spergesius, et Taxa officialium. A Magino perperam dicitur *Muanza* tab. 22, et 31. *Vanza* anno 1318, 1354. *Vanzia* 1454, 1571. Originem dedit nobilebus Fogolariis Roboreti saeculo XIII.

¹²⁰ Vide infra n. 281, 186, 189.

¹²¹ Anno 1405 vixit discretus vir Uricius de Varano Vallis Lagarinae.

239. Villanova, quam hactenus mihi ignotam, Spergesius indicavit Besagnum inter et Thiernum sitam. Forsan est titulus nobilium Vannetorum.

240. Villa, vicus Fulgariae inter Costam, et Carpinetam, cuius memor est baro Spergesius.

241. Villa, pagus insignis, de quo plura dixi supra verbo *Lagarum* num. 94. Plures alii sunt in nostris hisce partibus, ac etiam extra, eiusdem nominis pagi, sed ex Tridentinis nullus Lagarino praefendus, aut comparandus. Exstat enim *Villa Randenae*, *Villa Segunsani*, *Villa Fulgariae*, *Villa Blesii*, *Villa Strigni*, *Villa Thioni*, *Villa Banalis*, *Villa* dioecesis Lunensis in Tuscia, *Villa* dioecesis Paduanae, *Villa Montana* Cognolensium prope Tridentum, *Villa*, germanice *Weil*, urbs Sueviae in Ducatu Wittembergensi, *Villa* provinciae Bononiensis, *Villa* oppidum Mauritaniae Caesariensis, *Villa* Comensium, *Villa Ecclesiae* urbs Sardiniae, *Villa Faustini* oppidum Angliae, *Villa Marii* apud Latii, *Villa* Publii Valerii pagus Calabriae, nunc *la Motta*. Item *Villa Vitiosa*, et *Villa Regia* urbes Hispaniae. *Villa Franca*, *Villa Rica*, *Villa* etc. His placet subnectere, quae ad Villae Lagarinae decorem scribit Marianus in *Trento*, pag. 603, ac seqq. “La mentovata capella di S. Ruperto, ch’è notanda, trovasi posta in Val di Lagaro nella parocchiale di Villa, entrando a destra. Il di lei modello è nobile compartito in atrio, ed altare. L’atrio, che nel basso tende a forma quadrata, nell’alto si converte in ottangolo, e va finir in cappella sublime. Ne gli otto campi vanno a torno pitture in oro figuranti le otto Beatitudini con ciascuna il motto della Scrittura. Il restante tutto vedendosi lavorato a stucco, e posto in oro mirabilmente. L’atrio nel basso è spalleggiato da fini marmi, tra’ quali spiccano bronzi dorati. A destra dell’altare in entrando vedesi il già detto deposito del Conte Nicolò di Lodron con la di lui effigie, e della contessa Dorotea sua consorte, ambi posti ginocchio, e ritratti in rame al naturale con a torno diversi fregi, trofei, e geroglifici, rilievo di bronzo a oro. Nell’alto del deposito siedono in atto flebile due Angioli di marmo li più ben fatti, e nel mezzo sta un quadro della Risurrezione di Lazaro a chiaro scuro, qual tiene all’incontro sopra la finestra un altro simile, ch’è il risorgimento del morto d’Eliseo. Corrisponde all’atrio l’altare di questa capella. La palla, pittura fina rappresenta al vivo la morte di S. Ruperto arcivescovo di Salzburg, che spira tra le braccia del suo clero, dopo celebrata la Messa pontificale nel dì di Pasca. E in altro quadro a sinistra vedesi la pompa funebre del medesimo Santo ministrata da gli Angioli. È tutto ammobiliato di marmi questo altare con colonne tersissime, che hanno basi, e capitelli di bronzo dorato, come parimente hanno gli altri marmi posti nell’atrio: e tutto il pavimento si divisa di marmi a vago disegno, e lavorio. S’eresse questa regia capella dalla pia magnificenza dell’arcivescovo Paris di Lodron a memoria de’ Conti suoi genitori, per le anime de’ quali si dotò anche di due Messe quotidiane perpetue, e s’arricchì di paramenti, e argenterie. Manca solo, che una tal capella costata, come intesi, settanta e più milla talleri, con l’essere superba in tutto si veda troppo umile di sito, difetto notabile, che tocca parimente la chiesa grande: questa per altro cospicua d’altari, e ben tenuta, con sacristia ricca di paramenti, d’argenterie, e di Reliquie, tra quali si bacia il Cranio di s. Antonio abate sotto cristal di monte, e si venerano l’ossa delle tibie di due santi martiri della Legion Tebea, come ho visto”. Hactenus Marianus, cuius relatio propriorem habebit locum, Deo vitam tribuente, in mea Fanographia Tridentina¹²². De S. Antonii Canio nihil habent

¹²² * Cioè il *Parochiale Tridentinum*.

Bollandiani, ubi fuse agunt de eius Reliquiis in varias partes orbis translatis. An. 1571 vixit *Simon Faitellus de Villa Lagarina*. Pax Iordanus de Vicentia episcopus Traguriensis in Dalmatia To. 1 Elucubrat. edit. 2, Ven. 1693, Lib. 3, num. 37, commemorat *Oppidum Villae Tridentinae dioecesis prope Athesim*.

242. Vallis Frigida, *Valfreda*, de qua sic habet celeberrimus marchio Scipio Maffei in *Verona illustrata* part. 1, Lib. 3 circa med. col. 54, edit. 1732. “Nell’anno 1701... i tedeschi vennero nel Veronese senza contrasto, benché non senza difficoltà, per la strada poco nota della Valfredda, che di qua da Ala sale con tortuoso giro di cinque miglia per la costa d’alti, e selvosi monti, e viene a riuscir ne’ Lessini. Praticabile dalla cavalleria, e transitabile da piccola artiglieria fu resa a forza d’uomini, e di lavori: i carriaggi furon disfatti, e portati a pezzi, poi ricomessi. Dall’alto della montagna la maggior parte dell’armata andò calando al Faedo, e a Breonio nella sommità della Valpulichella, dove si fermò il principe Eugenio alcuni giorni: assicurate di questi luoghi presero poi successivamente le truppe la strada men disagiata, che da Peri con salita di due miglia porta parimente su i monti di Breonio, e Faedo”. Haec Maffei de Germanis adversus Gallo-Hispanos belligerantibus anno 1701, mense maio. Eadem *Valfreda* memoratur etiam a Clusolo num. 62.

243. Volanum, patria mea, ubi primam lucem adspexi die iovis 326 anni ab ortu Iesu Christi Domini Nostri 731 supra millesimum. Nonnulla de ea dixi supra verbo *Avolanum* num. 13. Heic autem cum Ovidio Sulmonensi Lib. 1, de Ponto ad Rufinum canere libet:

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit et immemores non sinit esse sui.

244. Vadum, *il Vò*, pagus bipartitus ab Athesi fluvio, cuius pars dextera spectat ad parochiam Aviensem, sinistra¹²³ vero ad Alanam. Proprium habet Sacrorum ministrum, quem curatum vocant. In charta an. 1203 occurrit olim mihi *Vadum in utraque parte Aticis Plebatus Avii*¹²⁴. In ditione quoque Genuensi est oppidum dictum apud Franc. Salmonium *Vado*, o *Vadi*, e *Vai*, Porro *Vadum* idem significat ac Portus, ubi naves cursum aut incipiunt, aut sistunt. *Vadun* nostrum a Magino quoque dicitur *il Vo*, et locatum Burgetum inter Alam ad laevam Athesis. Tabula vero 31 pro *il Vo*, *Alla* scribit *Voltalla*. E regione Vadi tab. 22 ad dexteram Athesis ponit *Vigo* alium pagum, sed ego puto hunc fore *il Vò Destro*. Il libello Bononiae cuso an. 1750 sub tit. *Viaggi per diverse parti del mondo* pag. 27 Tridentinas stationes inter est *il Vò*, ovvero *il Borghetto Borgo*. Vide infra num. 288, 309.

245. Vallis Lagarina, de qua dictum supra n. 95 verbo *Lagarina*, et num. 104 verbo *Ligerim*. Heic addo, quod etiam marchio Scipio Maffei de ipsa loquitur L. 6 Veronae illustratae ad finem, col. m. 139, ubi ait: “*La Val Lagarina* diventò ancora un’adiacenza del Veronese, quando per testamento d’Azzo Francesco di Castelbarco nel 1410 ne rimase erede il dominio Veneto. Roveredo restò poi annesso alla Contea del Tirolo, e alla Reggenza d’Inspruc per l’istessa pace del 1517, ma non mancan motivi di credere, che tutta quella *florida Valle* fosse già staccata dal Veronese, fin da quando l’imperador Corrado ne fece dono a’ vescovi di Trento, da’ quali poi ne fu gran parte infeudata a

¹²³ Laeva.

¹²⁴ In alia 1536 *Vadum Casarium Vicariatus Avii*. In alia anni 1458 Il Fo, pro il Vo. Nunc dicitur *il Vò di qua*, et *il Vò di là*.

diversi. Il proemio del nostro Statuto tra i paesi la registra, che furon di questo territorio. Ebbe già nome da Lagaro, luogo nominato da Paolo Diacono, di cui orma non resta, che ci sia nota”. Sic Maffeius. Vide infra num. 305. Anno 1482 magnificus dominus Franciscus Navaierius fuit Potestas Roveredi, et capitaneus Vallis Lagarinae pro ill.mo er excell.mo ducali dominio Venetiarum.

246. Wolgarida, *Folgaria*, de qua dixi supra nuemro 70, sic appellatam reperi in monumento anno 1464, in quo memoratur Ecclesia curata s. Laurentii in Monte Wolgaridae sub limtibus parochialis ecclesiae Avolani. A Magino dicitur Folgaria in tab. 23, et 31. Marianus autem in *Trento* pag. 594 et seq. de eadem sic fatur: “Tra i Monti, che vengono in spirituale sotto Trento, è notabil quello di Folgaria, montagna, che fa figura di paese, per ampiezza di sito, e popolazione. Vi stanno, oltre il villaggio stesso di Folgaria, tredici Contrade, che in tutto faran da quattrocento fuochi sotto una sola parrocchia, chiesa riguardevole in titolo di S. Lorenzo. Più basso di questa trovasi la chiesa di S. Valentino martire posta in riva d’un cengio, e fu la prima chiesa di queste parti. Più alto sopra d’un colle a mattina sta la chiesa della Madonna delle Grazie, di gran divozione, e vi si veneran molte sacre Reliquie con le loro autentiche per me vedute. Del resto, Folgaria abbraccia circa due mila campi, il tutto, per luogo di ontagna, fertile, e ben coltivato, producendo grani, e fieni singolarmente, con quantità di bestiami, che si allevano. L’aria, e l’acqua vi riesce di buona qualità, e vi son delle caccie. Li frutti, rispetto al clima, vi maturano tardi, né vi nasce vino, che nel declivo. Li cavoli, o capussi vi abbondan, come anco il canape, e vi sono famigliari li papaveri. Il nome di Folgaria par che in italiano derivi da Folgore: ma meglio in tedesco si denomina Filgherait, che in italiano significa molti ronchi, o luoghi ridotti novamente a coltura, come che fosse altre volte sito incolto, e silvestre, qual si vede esser il resto della montagna Scannuccio, o Filadonna, ch’è questa stessa di Folgaria, di cui parlo più a lungo in altra opera”. Naec Marianus, cui addo circa ecclesiam S. Mariae Gratiarum, quod habet citato num. 70 laudatus Saionellus; hic enim c. 22 pag. 112 Monument. de V. F. Petro a *Fulgaria* loquens ait: “Beatam Virginem Mariam summa devotione et honore prosequatur: a qua et audire meruit: *Petre in Patriam progredere, ibique meo nomine ecclesiam construe* (hoc ille moriens confessario suo tantummodo aperuit). Itaque anno millesimo quingentesimo octogesimooctavo, obtenta a superioribus facultate in patriam venit, et beatae Virgini aediculam ex fidelium elemosynis erigendam curavit, cui etiam operi favorem, et consensum praebuit Ill.mus et R.mus cardinalis Ludovicus Madrucius episcopus Tridentinus, et Ordinis nostri protector. Ad cuius rei notitiam haec inscriptio in ea ecclesia posita fuit, quam etiam refert Bartholomaeus Burchelatus in Comment. multiplicis historiae Tarvisinae libro primo: *Petrus de Fulgaria Andrae filius Frater conversus Ordinis B. Petri de Pisis in civitate tarvisina, anno Domini MDLXXXVIII hanc capellam erexit, dotavitque in Dei honorem, ac praecipue B. Mariae Virginis Matris Gratiarum, Sanctorumque Petri, et Pauli, in qua extant multae Beatorum Reliquiae, et ex illustrissimi, ac Reverendissimi Cardinalis Ludovici Madrucii indulto Missa in ea continue celebratur. Ad cuius facti memoriam idem P. poni F.M. mandavit Anno MDCX*”. Spergesius in sua tabula recenset ecclesiam campestem Fulgaraie dicens: *S. Maria in Echen*. Fulgaredani circa an. 1748 acrem habuere controversiam, ac litem cum vicinis ditionis Venetae, armisque, ac tormentis bellicis furibundi eam agitarunt. De finibus res fuit, et de ablatis armentis. Circa an. 1751 pax est inita: qua occasione pulchrum poema epicum concinnavit, et panxit

reverendus Pater Dominus Iulius Turratus de Avolano clericus Regularis Scholarum Piarum: ipsumque Comiti Wolckensteinio inscripsit.

247. Xiccum, *il Xich*, vicus Vallis Arsiae, de quo supra num. 199 verbo *Siccum*. Pariter nomen quoque *Sicconis* reperi scriptum litera X Xicconis.

248. Zesowinum, *Cesoino*, de quo supra n. 41 verbo Cesuinum.

249. Zimonum, *Cimone*, scriptum inveni ad annum 1376. Vide plura supra num. 40 verbo *Cimonium*. Literam c in z saepe mutarunt notarii; unde scripserunt etiam *Zivignagum*, *Zimegum*, *Zesoinum*, *Zimbriam*, *Zivizanum*. His finem do alphabetico ordini, quem hactenus servavi, etsi non omnino perfecte, ob temporis angustiam. Ipsum scribere sum exorsus mense aprili exeunte, horis succisivis, complevique hoc die 225 anni bixetisli 1776, indictione 9, feria tertia, Tridenti in coenobio Sancti Bernardini. Huc usque autem adnotavi tantummodo, quae facili negotio menti oculisque meis obvenerunt: deinceps vero praetermissa supplere studebo, eadem recensendo pro ut ad manus occurrent.

PARS SECUNDA

Nulla ordinis alphabetici habita ratione complectens addenda parti primae, sub una numerorum serie digesta.

250. Avium, de quo dictum num. 8. Apud Blancolinum legi, quod *ritornando da Verona in Germania il re de' Romani Carlo quarto nel 1333 si fermò, e pernottò nel Castello d'Avio in Val de Laghari*. Hinc comprobari videtur, quod certum dicit Iacobus Tartarottus, viam communiorem ex Italia in Germaniam tendentium, fuisse olim ad Athesis dexteram, ubi est et Avium. Porro laudatus Carolus fuit postea Romanorum imperator ab an. 1346 ac utpote Tertiarius franciscanus in fastis seraphicis Patris Petri Antonii Quaresimae Veneti *Beatus Carolus* nuncupatur: id quod Castro Aviano gloriosius est, quam si Carolus fuisset tantummodo imperator. In saepe citato placito imperatoris Lotharii de an. 845 occurrit *Martinus de Avi*, cum aliis Lagarinis. Avii paucis ab hinc annis instituta est societas Mulierum Ursularum, quae nedum verae moniales habentur. In Clerologio Trid. 1789, et 1803 verbo *Avium* dicuntur *Moniales*, et in Clerologio 1703 *Moniales s. Ursulae, cum confessario proprio*. Idem pagus distat Tridento vigintisex millibus passuum; totidemque circiter a Verona. Iacobus Tartarottus Inscript. Lag. num. 1 putat Avium fuisse *una tra le molte grosse terre della Valle Lagarina, che fino ne' tempi de' Romani i può credere esistessero*. Ait inibi novissime detectos fuisse geminos lapides sepulcrales, quorum unum sic ipse legit: *Lucius Aufillenus Ascanius, Sevir iterum Claudialis, et Augustalis, sibi et Catiae Titi filiae, Rhodae uxori*. Alterum sic lego ego: *Titus Catius T. L. Docimus, Sevir Augustalis, sibi et Chiviae M. L. petat... uxori*. Referuntur inscriptiones istae etiam in *Thesauro Inscript.* L. A. Muratorii To. 1, et in *Museo Veronensi* marchionis Scip. Maffei. Melius pro *iterum* legit *secundum* Muratorius. An. 1526 die 11 martii fuit Avii in Valle Lagarina imperator Romanorum Maximilianus I, eodemque die abiit Cavalionem in Gardesana.

251. Clusa, *la Chiusa*, locus angustus, fines constituens Lagarinae Vallis versus Veronam, ubi nihil aliud visitur, quam arx a nonnullis militibus Venetis custodita, sed parva; item via aspera, et difficilis, et arcta, necnon Athesis alveus non latus, et navigantibus valde horribilis. Ibi rhedas, et currus ducunt, non equi et boves, sed praefati milites. Carolus Cangius in suo Glossario habet: *Omnes vias, omnesque aditus, qui ad Italiam mittunt, quas vulgato nomine Clusas vocant*. Eandem Clusam memorat marchio Dionysius saepe citatus. De eadem loquitur et Marcus Antonius Sabellicus in sua Historia veneta decade 3, lib. 4, dicens: *Ausim ego affirmare, qui duo nunc sunt montes, unum olim fuisse, quod ex ipso aspectu facile datur intelligi; nam et iuga utrinque prominentia, et ipsae saxorum crepidines ita sibi respondent, ut nihil illis ipsis inter se similis esse possit*. Conradus de Liechtenaw ababs Urspergensis, qui anno 1207 Praemonstratensem Ordinem amplexus est, ait de Friderico primo Romanorum imperatore: *Cum pervenisset comitante exercitu suo apud Veronam, ad quaedam itinera angusta, quae Lombardi vocitare solent Clausuras Volerni, ubi ex utraque parte itineris mons praeruptus, quasi paries saxeus eminet in immensum*. Leonardus Brunus Aretinus, qui obiit an. 1444 describens iter, quod an. 1414 Constantiam usque fecit Lib. 4, epist. 3 inquit: “Ut igitur ad eum locum pervenimus, quo Athesis in planos Italiae exit campos, mirabilis prorsus res mihi visa est. Via siquidem profundissima, atque arctissima inter duos montes, quasi de industria naturae secata per fauces strictas ac sinuosas emanat. Alpestris sane locus, et superbus, ita ut murmure aquarum et impetu gurgitis protervos et immanes earum gentium mores, a quibus fluit, imitari videatur. Inter fluvium, et dextrum montem vix tantum itineris est, ut singuli equites, ad plus ut singuli carri transire possint. A sinistra vero gurges montem perstringens avium facit, hinc atque hinc vastae rupes, geminique minantur ad caelum scopuli. Eadem post ingressum longo itinere facies est; impendent enim hinc atque hinc minacissimae rupes, profundus amnis inter eas labitur, via perangusta inter rupes et alveum, caelum velut ex aliquo hiatu conspicitur, montes saxa habent durissima quidem atque asperrima: imo ipsi toti montes nihil aliud sunt, quam dura silex, et marspersia¹²⁵ culex (sic). Cedant iam Ciliciae pilae, cedant Caudinae furcae romana clade nobilitatae. Satis enim superque mihi constat, vel unum humunculum superne stantem, et saxa volventem, universorum Gallorum, et Germanorum impetum, si transire canentur, inhibere posse”. Hactenus Brunus, cui condono, quod tam male dixerit de nostris moribus, et addo, quod via, et arx Clusae sinistram decursus aquarum Veronam tendentium tenent. Similia scripsit de Clusa nostra Guntherus poeta ineuntis saeculi XIII in suo poemate, cui tit. *Ligurinus*, seu opus de rebus gestis Friderici primi imperatoris, cuius elegantem editionem in fol. vidi in Biblioth. episcopali Tridenti. Sic enim cantat Lib. 4.

“Ventum erat ad facies, angustaque claustra viarum,
 Qua se nubiferis horrendae rupibus alpes
 Exiguo tantum penetrandas limite praebent,
 Uniusque capax scopuloso semita calle
 Arcta laboranti pandit vestigia turbae.
 Hinc factis praerupta iugis, tenebrosa vorago
 Pandit mane chaos, barathrique simillimus horror
 Ezanimes fecisse potest; Athesimque fragosis
 Sub pedibus rauco certamen murmure saxis,
 Accipit attonita, quam non videt, aure viator.

¹²⁵ Marpesa, mons saxosus in insula Pari.

Hinc se nubifero super aethera vertice rupes
Tollit, et ingenti late loca protegit umbra.
Aequae supercilio scopulosi verticis unus
Conatu facili, lapsuraque saxa movendo,
Mille potest arcere viros, aditusque viarum
Claudere, vel missis ibi cautos perdere saxis.”

Quod praedicti montes Clusini olim fuerint insimul iuncti, et ideo in Valle nostra constituerint lacum, a quo *Lagarinae* nomen acceperit, fabulam vulgi appellat Iacobus Tartarottus in Prologo Inscript. Lagarinarum. Eiusdem opinionis, seu fabulae mentionem ingessit relatus Sabellicus, qui obiit an. 1507. Item Ludovicus Muscardus in *Hist. Veron.* Lib. 10 pag. 293 ac Marianus in *Trento* pag. 575. Apud Ioannem Baptistam Blancolinum in Supplementis Chron. Veronen. vol. 1, partis 2, pag. 235 et 236 sic lego: “Cristoforo Sortes nel libro intitolato *Modo d’irrigare la Campagna veronese* stampato dal discepolo nel 1598 uscendo a favellare dell’anfiteatro detto l’Arena di Verona, va conghietturando, come le pietre delle quali fu edificato fosser di quelle scavate nel monte, ove ora scorre il fiume Adice sotto la Chiusa, tenendo esso, *che il fiume innanzi il taglio del monte facea lago nella Val Lagarina, uscendo poscia fra Rivoli, e Canale, ove si vede l’antico vaso d’esso fiume*, il quale precipitosamente cadendo poco di sopra da Campara, e scorrendo sotto a Gussolengo nel piano di San Vito, e nelle basse del Mantico, delle Sorte, e del Chievo, scorreva in Verona allato all’anfiteatro” etc. Sin qui il Sortes. Antonio Magri, consentendo questo taglio del monte sotto la chiesa, asserito dal Sortes, soggiunge: “Tengo anch’io col Sortes, che ‘l taglio della Chiusa sia fatto manifestamente a mano: primo perché *ad oculum* si vede il taglio per lo spazio d’un miglio circa esser fatto a mano: si vedono i segni antichi dell’acqua del taglio artificiale, e lo denota la denominazione della Val superiore della *Lagarina*, dal Lago, che innanzi il taglio vi era, reggendosi i Sabbioni, e ‘l letto antico dell’Adice di sopra da Rivole. Si vede ancora, che le pietre della Rena, e del Teatro del Ponte della Pietra sono dell’istessa natura di quello del taglio della Chiusa, né altri monti vicini si trovano più simili a quelli, né più lontani averian potuto dar comodo di tanta materia. E chi dicesse, che ‘l canal dell’Adige andasse per innanzi giù per la Val di Tagione, e per le paludi del Tartaro entrasse in Po, a giudizio mio non fallaria, anzi lo tengo necessario, non essendo possibile che l’Adige scendesse da questa parte avanti il detto taglio, onde non è meraviglia, che chi ebbe forza di fare un taglio di quella importanza, avesse avuto ancor forza di fare un canale nuovo, che portasse quelle pietre a Verona”. Sic hactenus apud Blancolinum. Quandonam aedificatum fuerit praedictum amphitheatrum Veronense, incertum dicitur; neque inter se conveniunt super hoc scriptores. Iacobus Rizonus Veronensis, qui claruit saeculo quintodecimo et subsequuto, adserit erectum anno, quo Iesus Christus Dominus noster natus est homo. Argumentum, quod Tartarottus trahit contra montis sectionem a silentio Guntheri, et Bruni, non omnino apodicticum mihi videtur; nam ipsi extranei fuerunt, et locum transeunter tantum conspexerunt. Ipsum et ego semel iterumque vidi an. 1745, et 1762 non sine horrore. Non adeo difficilis mihi visa est praedicta sectio. Rem tamen in suis tenebris, suaque dubietate relinquo. Laudatus Tartarottus Inscript. 3 scribit: “Il passo angustissimo della Chiusa, aperto nel vivo sasso, fa vedere, che prima di quel taglio (fatto probabilmente ne’ bassi tempi, mentre più antico autore, che ne parli, non ho scoperto io di Gunthero, e dell’Uspergense, che fiorirono sul principio del secolo XIII) non era possibile costeggiar il fiume da quella parte, oltre ad altri passi difficili sulla sinistra *riva del medesimo*”. Ibidem dicit quod a lapide milliario reperto Avii an. 1733 “confermasi la

popolar tradizione, che la via comune da Verona a Trento fosse una volta sulla destra riva dell'Adige, dove appunto è Avi, e non sulla sinistra per Ala, e Rovereto, come si fa al presente". Nostrae Clusae meminit Maginus tab. 22 territorii Veronensis, non vero tab. 31 territorii Tridentini. Item sub tab. 18 domini Veneti. Est et alia *Clusa*, germanice dicta *Clausen*, in fine Tridentini episcopatus, pertinens ad episcopatum brixinensem, civitas parva. Olim saeculo XIII fuit *et Clausa Xichi Dynastae Caldonatii in Ausugio, ubi nunc dicitur la Torre del Marter, seu del Martire*, quam commemorat Simon Petrus Bartholomaeus perginas in lib. de Monetis pag. 13. Benedictus Bonellus etc. Pater Ioan. Gasparus Berrettus in sua Dissertatione chorographica dicit, quod *Tridenti ad meridiem Clusae aevo Langobaridico ad Ducatum Tridentinum non spectabant, cum Rolandinus in Chronico L. 4 cap. 13 scribat, fuisse in districto Veronae*, A marchione Maffeo Ver.III. part. 3, c. 8, col. 284 scribitur: *Il passo della Chiusa, reso con la difesa di poche persone insuperabile*. Lud. Ant. Muratorius Annal. Ital. ad an. 1701 *il passo stretto della Chiusa*.

252. Navisellum, *Navesello*, vicus sic appellatus in Taxa officialium Roboreti prope Villam Plebis Licianae, his verbis: *Alla Piove, e Navesello, dein a Marco*. Nulla alia mihi suppetit eius mentio. Est Mansio, seu Mansus ad laevam Lemni versus Saccum, et prope.

253. Zanolum, *il Zanol*, vicus Vallis Arsiiae prope Valmorbiam, de quo dicta Taxa.

254. Zoculum, *il Zocchio*, alter vicus Vallis Arsiiae ibidem recensitus.

255. Zoneri, *li Zoneri*, vicus Terragnolensium dictus *i Zoreri* in citata Taxa officialium. Roboreti sunt *Zorreri*¹²⁶. Maginus tab. 18 habet *Zoleri* vicum Vallarsiae. Sic etiam tab. 22, et 31. Sed legendum *Zorreri*, vel *Zolleri*.

256. Zaffoni, *li Zaffoni*, vicus Oriliensium, de quo in Taxa citata. Anno 1571 vixit Iorius quondam Iacobi a Zaffanibus Saltariae.

257. Zanvettori, *li Zanvettori*, vicus Norillii, cuius mentio in Taxa officialium.

258. Finunculus, *Finonchio*, mons Vallarsiae, de quo Spergesius. A Magino tab. 18 dicitur *Timonchio* f. idest *fiume*. Sic et tab. 23, et *Timachio* tab. 31. In tabula an. 1444 dicitur *Mons Fenninculus*.

259. Pavoianum, *Pavoian*, a Magino recenterur ceu pagus situs inter Murium, et Ravazonium tab. 33. Sed ego ipsum non invenio ab aliis memoratum, neque ipsum vidi unquam, etsi agrum illum perambulaverim. Tab. 22 ponit *Pavom* in Monte Garduni pro *Panon*. Hunc puto *Pavoianum* tab. 31.

260. Voltalla, Maginus tab. 31 ponit *il Voltalla*, inter s. Valentinum, et Burgetum ad laevam Athesis, sed dicere voluit *il Vò*, et *Alla*, de quibus supra num. 1 et 244.

¹²⁶ Vulpes hispanice dicitur *Zorra*. Unde *Zorreri* idem ac *Vulparius*.

261. S. Godeardus, *S. Gottardo*, ceu pagus recensetur a Magino tab. 31 inter Saccum, et Licianam, sed puto legendum S. Romedio, de quo num. 78 supra. Videsis infra 268.

262. S. Petrus, *S. Pietro*, sic nominatur vicus praecipuus Terragnoli a Magino, quia ibi est ecclesia parochialis s. Petri.

263. Plebs, *Pieve*, locatur a Magino tab. 31 et 22 inter Castrum Avii, et Mammam. Puto ipsum Avium.

264. S. Valentinus, S. Valentino, recensetur ceu vicus a Magino tab. 31 inter Alam, et S. Margaritam. Idem Sanctus est patronus Alensium, cuius festum die 14 februarii sub ritu duplici primae classis celebrant, cum populi magno concursu, et nundinis, notatis in diario Tridentino, et aliis.

265. Porcesa, vicus Vallarsiae ponitur a Magino tab. 31, de quo nihil alibi ego inveni¹²⁷.

266. Pogatium, *Pogaz*, vicus dicitur a Magino tab. 31, qui ipsum refert inter *Muanza*, et *Matuson*, vice Vallis Arsiae: ac tab. 22 inter Slaches, et ecclesiam Vallarsiae.

267. Folisinum, *Folisino*, pagus inter Castrum Novum, et Brancolinum positus, teste Magino tab. 31, sed puto legendum *Folasium*, de quo supra num. 75. Idem Maginus tab. 22 habet *Folasino*.

268. S. Gothardus vicus a Magino tab. 22 notatus inter Licianam, et Trambelenum. An potius legendum S. Columbanus, locus inter Roboretum, et Terragnolum, ubi eremitorium s. Columbani, et officina chartariae? Vide supra num. 261.

269. Plebs, *Pieve*, locus Garduni, ubi ecclesia parochialis, sic dictus a Magino tab. 22.

270. Manison, vicus ponitur inter Roboretum et Alam a Magino tab. 18, sed vide supra num. 118.

271. Albiser, pagus a Magino recensitus tab. 22 inter *Matuson*, et *Trambelenum*, alias mihi ignotus.

272. Arenian¹²⁸ inter Patonum, et Folasium a Magino positus tab. 22 et inter Brancolinum, et Prataliam tab. 31, dictusque *Arenia*. Huiusmodi nomen ignotum mihi nunc est.

273. Pian di Vall'Arsa exhibetur a Magino tab. 22, sed non dicitur pagus.

¹²⁷ * Di altra mano: *Forse Potrich di Terragnolo*.

¹²⁸ * Di altra mano: *Revian?*

274. Lavianum, *Laviano*, ceu pagus recensetur a Magino tab. 22, apud Castrum Avii, sed forsitan est fluvius *Aviana*, de quo dictum num. 9.

275. Vicus, *Vigo*, dicitur pagus inter Avium, et Athesim, e regione Vadi, a Magino tab. 22, sed puto legendum *Vò*, scilicet dextrum. Vide supra num. 244.

276. Vianae Aqua in plebe Aviensi, de qua supra num. 9 dictum verbo *Aviana*, et num. 274 ubi dicitur *Lavianum*, quemadmodum Avisius fluvius dicitur passim, ac etiam in pluribus chartis editis et ineditis nuncupatur *Lavisius*, italice *Lavis*, pro *l'Avis*.

277. Alae, de qua dictum num. 1, bis in anno habentur solemnes nundinae in calendariis excusis notatae, scilicet die 14 februarii, et die 18 octobris. Praedicto die 14 februarii celebratur ibidem festum S. Valentini martyris cum feriatione, cumque officio, et Missa, tamquam de patrono principali loci sub ritu duplici primae classis ab utroque clero saeculari et Regulari. Ibi est familia cognomento *Alana*, ex qua anno 1789 fuerunt duo presbyteri dicti *Nicolaus Alani*, et *Petrus Alani*.

278. Vallonga, mons supra Roboretum versus Orilium, et Avolanum, fertilis, ac laetus, In Calabria est *Vallonga exiguum castellum cum caseo probatissimo*, uti loquitur Gabriel Barrius Francicanus, seu de Francica Lib. 2 de Antiquit. ac situ Calabriae cap. XI. Exstat et *Vallonga* parochiae Fasciensis locus.

279. Athesis fluvius, de quo dictum supra num. 15, memoratur a Ioanne Baptista Blancolino in Chronico Veronensi part. 1, pag. 3, et 4 ubi ait: “L’Adige fiume, il quale da Plinio latinamente Athesis nominato, e ancor da Virgilio nella Buccolica, nell’Eneide là dove dice:

Sive Padi ripis, Athesim seu propter amoenum,

nasce da un lago ne’ contorni di Finstermunz, sopra Marano nel Tirolo. Nel suo principio è d’acque assai scarso, e da Bolzano, piegandosi a mezzogiorno, comincia ad essere molto rapido, né può navigarsi se non se in vista di Bronzolo, terra dieci miglia da Bolzano distante. Indi passa vicino a Trento, le cui radici bagnando, entra poi fra l’angustie de’ monti, ove scende con tanta violenza, e forza, che sembra voglia in alcuni luoghi ruinar ogni cosa. Ma dopo lungo giro entrando in Verona la divide in due parti, mettendo capo finalmente nel Mare Adriatico”. Frater Bartholomaeus Tridentinus Ordinis Praedicatorum scriptor saeculi XIII mediantis, ipsum dicit *fluvium Atacem* in vita Sancti Vigili¹²⁹. Hieronymus tamen Tartarottus in Apologia Mem. antiq. edita Venetiis apud Marcellinum Piottum anno 1758 pag. 310 notata: “Questo fiume si chiama, e si chiamò pur sempre *Athesis*, non *Atacis*, che sarebbe l’Eysach, il quale sotto Bolgiano (non sopra come malamente sta nella tavola del Cellario) mette nell’Adige. Il MS sangiorgiano di Fra Bartolommeo Trentino legge *Athexim*, da che pare possa sospettarsi, che *Athexim* veramente scrivesse l’autore, benché poi dagli amanuensi tradito nell’uno, o nell’altro codice”. In charta an. 1522 ego reperi *Pistrinum sive molendinum super flumine Athesis subtus Avolanum*. In alia an. 1341 *Fantebonum de Pedecastello ultra Atacem ad Abbatiam iuxta Tridentum*. Ceterum fluvius dictus *l’Eysack* ab Antonio Roschmanno, et aliis latine appellatur *Hysarcum*, vel *Hisarcus*. Item Athesis dicitur *Atacis* in charta an. 1339 pluries. *Flumen Aticem* ipsum dicit

¹²⁹ In charta Tridentina an. 1271 legitur usque ad *Ataxim*, et ab *Atice* usque ad summitatem montis. In alia charta trid. an. 1532 dicitur *l’Adesso*.

Gervasius Ricobaldus Ferrariensis saeculi XIII in Historia imperatorum ad an. 1292 To. 9 Rerum Italic. col. 143.65. Anonymus Leobensis apud Pezium L. 6 Chron. ad an. 1336 habet *sub Castro Tyrolis super fluvium Athasium*.

280. Brentonicum, de quo supra num. 35, et 68 memoratur etiam a marchione Maffeio in Verona illustrata part. 3 cap. 8, col. m. 277 ubi ait: *Il Mischio di Brentonico (terra della nostra diocesi) è così vago, così raro ne' colori, e così bizzarro negli accidenti, che non si troverà di leggieri marmo da paragonargli*. An. 1772, et 1774 Brentonici in patria sua vixit Iacobus *Antonius Zannini dal Sole, mineralista di Terre verdi, rosse, e gialle*. Antea vero, scilicet an. 1679 ac 1693 Brentonico decus attulit suis libris impressis doctor Ioannes Matthaeus Zannini, dictus etiam *Giannini*, de Brentonico. Infra 283.

281. Vallarsia, de qua dictum supra num. 229, iterum laudanda occurrit, quia Scipio Maffeus marchio cit. cap. 8, col. 278 scribit: “Poco lontano dal nostro distretto (*Veronese*) su quello di Roveredo, è il marmo di Vallarsa, che dee computarsi tra le breccie, come composto di congerie e però durissimo: ha pezzi trasparenti come Agata, e merita di andare a paro con qualunque di tal genere”. Vide infra 286, 289.

282. Vallis, *Valle*, Gardunensium pagus, de quo supra num. 235, anno 1339 numeravit 22 focos Vicario in temporalibus Nicolai episcopi trid. subiectos.

283. Brentonicum iterum laudatur a Maffeio Ver, illust. part. 3, cap. 4, col. m. 104, ubi ait: *Il Mischio di Brentonico, e il giallo di Torri (quando sia di buona ragione, e del rancio a carico) né per bellezza, né per pulimento che ricevono, sono inferiori a i marmi antichi, e pochi hanno uguali in Italia*. Ibi col. 91 de Veronensi ecclesia s. Sebastiani agens dicit in ea esse duas statuas *del nostro Mischio di Brentonico*, easque inspiciendas proponit, ut inde quisque arguat, *come non si manca qui di marmo uguale per ogni conto alla bellezza dei marmi antichi*. In monte Brentonici nostri repperunt le pietre da schioppo Brentonicenses Eccheli et Rudarii, prout testatur *l'Astrologo di Montebaldo per l'anno 1790*, ineditus ac dein editus stanza 15, p. 10.

284. Quatuor Vicariatus, li quattro Vicariati, scilicet Avii, Alae, Murii, et Brentonici, quondam Comitibus Arci oppigneratos, redemit Bernardus Clesius Card. et episcopus Tridentinus die 18 dec. 1533 pretio dato renen. 10.478 et amplius, procurante Christophoro Philippo Comite de Liechtenstein, barone Castri Cornu, domino Schennae, regio consiliario, et capitaneo Ratembergae cis Oenum. Diploma scriptum fuit Tridenti in Castro Boni Consilii. Vide infra num. 301.

285. Petrae Castrum, de quo supra num. 165 describit Marianus pag. 298 dicens: “È posto Castel di Pietra dodici miglia da Trento, in sito di fortezza inespugnabile. A tergo va difeso dal monte altissimo, di cui è a' piedi. A fronte lo ripara il fiume Adice, che vi scorre vicino. A' fianchi si munisce di una congerie di sassi, e dirupi, che lo denominano; essendo poi la fabrica di sé forte di mura, torri, e propognacoli... Federico marchese di Brandenburg accampatosi alla Pietra in faccia del nemico si munisce vie più di quanto occorre, tirando anche un muro, fossa, e bastione dal castello all'Adice”. Id accidit tempore Georgii de Neydegg episcopi et principis Tridentini (1505-1514).

286. Fulgarida, de qua dictum num. 70. Marianus in *Trento* pag. 198 ait: “È notabile de’ Goti in particolare, che avanzarono alla strage di Narsete, e di quelli che scamparono dall’armi Lombarde, l’essersi ritirati parte nell’Appennino, parte tra i monti della Retia, dove ancor vive razza, come parimente de’ Cimbri, e degli Unni. Tra i luoghi vicino a Trento di questa fama si nomina Cimbra, Pergine, Piné, Folgaria, Val Arsa, ed altri”.

287. Wardae Castrum, de quo ad an. 1240. Vide supra num. 170 ad finem.

288. Vadum, il Vo, de quo supra num. 244, vicus bipartitus ab Athesi, cuius altera pars dicitur *il Vò di qua*, et altera *il Vò di là*, prout loquens in loco reperitur. Anno 1203 indictione 6 die sabbati nono intrante augusto, Veronae in episcopali palatio, praesente domino Carlaxario et aliis, dominus Adhelardus cardinalis, et episcopus Veronensis tulit sententiam in favorem plebani de Avio contra presbyteros ecclesiae sancti Vigilius de Avio, et decrevit, quod in posterum illi de Sabloneria, et a Vado ex utraque parte Aticis, et de Masis, et Burgheto, et aliis factis, debeant esse subiecti perpetualiter dictae plebi de Avio tam in sepulturis, quam in aliis factis. Ita monumentum¹³⁰.

289. Vallis Ambusta, *Vall’Arsa*, dicta fuit ab anonymo mihi coaevo, in quodam catalogo Fratrum nostrae Provinciae Vigiliana scripto circa annum 1737. Videsis supra num. 229, 281, et 286.

290. Cedreum, de quo dubito, quia in una tantum membrana ipsum haesitanter legi. Scripta fuit an. 1391, indictione 14; eaque sic habet *Dona Brada quondam Odorici de Cedreo plebatus Lagari dioecsis Tridentinae, et uxor quondam Rigi Bampae olim habitatoris Tridenti*.

291. Clusolae, quo de loco dictum num. 50. Eo in loco apud doctorem Clusolum Iacobus Tartarottus Roboretanus eruditus an. 1731 auspiciato reperit pretiosum codicem continentem *Historiam imperialem* Ioannis Diaconi Veronensis, numquam typis editam, et ceu deperditam a literatis viris habitam. Ab arcensi Collegiata datus est marchioni Scipioni Maffeo, servaturque nunc Veronae in Capitulari bibliotheca. De huiusmodi codice scripserunt Iacobus, et Hieronymus Tartarotti, ac dominus Todeschinus in *Saggio accresciuto della Biblioteca Tirolese Scanzia* 1, Pag. 17, edit. Veneate 1777.

292. Ianum, et Plodium, seu Villa Iani, et Plodii dicuntur esse in Lagarino Vicariatu Murii a Iacobo Pandino in *Extractu Iuris* pag. 119, edit. 1694. Ab alio nullo eas hactenus audivi recensias.

293. Volanum, et Brentonicum, de quibus supra, memorantur a Wolfgango Latio Viennensi Lib. 6 de Republica romana, pag. 222 ubi ait, *quod Comites a Taur* ab Athesi flumine usque in Vindeliciam rerum potiti fuerint, quodque unus ex illis *Evin Comes Tridentinus usque in Bavariam agros possidebat, ad Athesim quidem Castra Brentonicum, Appianum, Anagnis, Maletum, Tesanam, Volennes, quas nostra aetas*

¹³⁰ In Clerologio Tridentino an. 1789 et 1793 verbo *Ala* est *Curatus Vadi Casarii*, sub parochia Alae. Sun parochia vero Avii ulla est mentio *Vadi*. Pariter in Clerologio trid. an. 1803 verbo *Ala* est *curatus Vadi, et Primissarius Vadi*. Verbo autem Avium nulla occurrit *Vadi* mentio.

arces appellat, Brandais, Hohenheppen, Engelar, Malsyr, Vuelasi etc. Haec retulisse satis.

294. Roboretum. Anno 1682 *Civitas Roboretana* petiit a summo Pontifice facultatem habendi religiosos Scholarum Piarum ad pueros instituendos, prout constat ex literis ad episcopum Tridentinum datis pro eadem facultate a Carolo Ioanne de Iesu praeposito generali Romae die 18 iulii, et a Ludovico de Sancto Luca Provinciali Nicolspurgi, Sed petitio vana fuit.

295. Castrum Novum. Anno 1412 floruerunt Martinus capitaneus Castrinovi Vallis Lagarinae, ac Simon f.q. ser Bartholomaei Maxani de Nogaredo plebis Lagari, Vicarius in iurisdictione Castrinovi.

296. Nogaretum, de quo supra num. 140. Addo, quod exstat *Nogaredo* inter Goritiam, et Utinum, sic dictum in libello Tridenti edito an. 1777 sub titulo: *Poste e viaggi, ossia Il viaggiatore guidato per tutte le parti del mondo* pag. 36. Ibi pariter inter Clodiam, et Ravennam occurrunt *Volano*, e *Magnavacca*.

297. Pirum, de quo supra num. 152. Beyerlinckius recenset Ordinem equestrem s. Iuliani de Piro, in Portugallia an. 1156 institutum, qui postea dictus est de Alcantara.

298. Aldenensis Lacus hoc habet singulare admodum, quod piscem persicum gignit.

299. Crista. Gerardus episcopus Tridentinus, sicuti Comes, Dux, et Marchio del 15 martii 1225 sub datum in Stenego, concessit facultatem aedificandi *Castrum unum in quoddam Dosso, sive monticello, qui appellatur Cresta, iacente in Plebatu Garduni*, domino Aldrigeto f.q. Nicolai de Garduno, et eius fratri domino Zordano, huiusque uxori dominae Ritiae f.q. domini Nicolai de Garduno. Videsis supra 44.

300. In pago Marani, de quo supra num. 108, natus est Iacobus Zambellus, qui Aldeni a puero educatus est, inibique sutoriam artem didicit, et exercuit. Inde venit Tridentum, ubi aedes sibi altas exstruxit in vico Mortis. Granistam, et tabachistam egit, divitiasque multas acquisivit occasione penuriae granariae an. 1772, deinde Comitum Migationum aedes in Via Longa emit, et anno circiter 1777 ceu de commercio rerum benemeritus, ab imperatrice regina Maria Teresia, procurante Comite Godefrido Heistero Regiminis Oenipontani Praeside, cui gratis an. 1776 commodavit praefatas aedes Migatianas, Sacri Romani Imperii eques Zambelli de Pallajerhoff Tridentinus renunciatus est, probante Aula Tridentina. Tres duxit uxores, ex quibus genuit filios, et filias¹³¹. Hoc anno 1781 pro adipiscenda Levici iurisdictione obtulit novem circiter milium florenorum summam, sed non obtinuit, Iosepho Innocentio Festo Iurisconsulto villano plus exhibente, idipsumque praestante Gervasio S.R.I. Comite de Albertis de Enno Tridentino. Etsi nullus adhuc ad eius possessionem pervenerit, quia inutilis ferme habetur ipsius possessio. Sic est et hoc anno 1792, 1795, 1800.

¹³¹ Filius eius Iosephus logicae studiosus Tridenti an. 1784, Romae an. 1785.

301. Quatuor Vicariatus, de quibus num. 284, memorantur a Ioanne Baptista Blancolino Veronensi *nei Supplementi alla Cronica di Pier Zagata* Vol. 1 della seconda parte edit. Ver. 1747, pag. 322 ubi ait: *ora la casa di Castelbarco possede detti quattro Vicariati come feudo della Chiesa di Trento, e come tale presentemente ne prende da' vescovi di Trento il Conte di Castelbarco l'investitura, ma con qualche pretensione, e diritto della Casa d'Austria.* Et pag. 323, “passarono poi li quattro Vicariati sotto il dominio Veneto nell'anno 1405, e soggiacquero a tale dominio fino a tanto, che l'imperadore Massimiliano I qual collegato della Lega di Cambray, intraprese la nota guerra contro la Repubblica, e con tale occasione s'impadronì di tutta la Val Lagarina, ove sono detti Vicariati. Ma Ferdinando I successore nell'impero a Carlo V considerando li meriti del cardinale Bernardo Clesio vescovo di Trento, e riflettendo pure che i detti quattro Vicariati fossero di ragione feudale della Chiesa di Trento, nell'anno 1532 li diede con certe condizioni al medesimo cardinale Bernardo Clesio, ed a' vescovi di Trento suoi successori, con obbligo di pagare *pro una vice tantum* certa somma di denaro alli Conti d'Arco allora creditori di Sua Maestà cesarea. Il medesimo cardinale impegnò poi essi Vicariati alli Conti di Liechtenstain mediante lo sborso di quel denaro, che dare doveva al Conte d'Arco. Poi gl'impegnò al barone¹³² suo fratello, che ristituì detto denaro al Conte di Liechtenstain. Finalmente il cardinale Cristoforo Madruzzo vescovo di Trento, col consenso del Capitolo, ne investì il Conte¹³³ Giovanni Gaudenzio Madruzzo suo Padre, che pagò 10 milla talleri al barone Clesio. In questa maniera li quattro Vicariati passarono alla celebre famiglia de' Madruzzo, che in quel tempo¹³⁴ contava tre cardinali, alcuni generali, colonelli etc. Quand'ecco sul più bello di queste grandezze della Casa Madruzzo il barone di Gresta, spalleggiato dall'arcivescovo e principe di Salisburgo¹³⁵, pretese egli, qual rampollo, o attinente dell'antica estinta famiglia di Castelbarco, pretese, dissi, la signoria de' quattro Vicariati. S'accese acerba, e lunga lite ne' tribunali di Vienna. E perché il Madruzzo fu posto in contumacia, perciò il barone di Gresta circa l'anno 1650 ottenne un decreto favorevole, in virtù del quale Carlo Emanuele Madruzzo, allora vescovo di Trento, fu obbligato di accordare il possesso di essi Vicariati al suddetto barone di Gresta, il quale tanto dalla Corte di Vienna, quanto dall'arciducal Corte d'Inspruck, ove regnava un arciduca d'Austria, fu riconosciuto qual Conte di Castelbarco. Dopo quest'avvenimento morì Carlo Emanuele Madruzzo vescovo e principe di Trento, per la di lui morte affatto s'estinse la sempre gloriosa famiglia Madruzzo, e mancò alla regnante schiata di Castelbarco competitore, che gli contrastasse il possesso della signoria de' quattro Vicariati. Quanto alle cause civili ne' detti quattro Vicariati s'osserva quest'ordine. Ogni Vicariato ha il suo Vicario, avanti il quale si tratta la lite, indi si appella al capitano che risiede in Brentonico, poi al Conte, che ha un auditore, indi alla Curia di Trento. Qui notar devesi ciò che in una Cronaca manoscritta scrive un consigliere di Trento. Parlando egli del principe Francesco Alberti che fu eletto vescovo e principe di Trento nel 1677, scrive così: *Transactione cum Francisco de Castro Barco inita rem eo duxit, ut in causis quatuor Vicariatuum Avii, Murii, Brentonici, et Halae ad Aulicum principis Consilium esset provocatio.* Evvi poi l'ultima appellazione al supremo tribunale di tutto l'imperio, ch'è a Wetzlaar città imperiale nell'Assia vicino alla Contea di Solms, trasferitovi dalla città

¹³² non *baroni* sed Nobili de Clesio.

¹³³ Non *Comitem* sed *equitem* de Madrutio.

¹³⁴ *in quel tempo*, non uno tempore, sed successivo habuit tres Cardinales.

¹³⁵ Paride Lodronio archiepiscopo salisburgensi.

di Spira, purché sua somma eccedente”. Haec Blancolinus, cuius non omnia heic recte dicta non sunt.

302. Blancolinus Vol. 1 partis secundae Chron. Veron. pag. 288 ait, quod ante an. 1228 a Veronensibus, fu ordinata una strada, che a Montebaldo conduceva, e quindi al Castello di Avio: ma questa strada a’ tempi nostri è totalmente perduta.

303. Viris illustribus Roboreti nostri accensendus ille Hieronymus Pilosus, qui obiit apud Veronam die 28 ianuarii an. 1439, fuitque die 31 tumultus apud S. Zenonem maiorem cum apparatu magno. Fuit insignis bellidux, seu capitaneus Venetorum. Petrus Zagata in Chronico Veronensi ad an. 1439 ipsum dicit *da Roveré de Trento*. Curtius¹³⁶ autem To. 3 suae Hist. pag. 27 suum civem Veronensem, *per lo consiglio, e valor del quale furono più volte conservate le genti de’ Viniziani*. Addit, quod audita eius infirmitate repentina, *furono subito da Venezia mandati dal principe e dalla Signoria i più eccellenti medici, che vi fossero per guarirlo: quodque della morte di questo valoroso cavaliere si dolsero molto i Viniziani*, et ipsius loco muneribus decorarunt eius fratrem, ac nepotem: quorum postea tandem defecerunt. De Piloso etiam Gnesottus pag. 153.

304. Gola. In charta an. 1389 reperi *Ianesum quondam Petri de Gola de Fulgarida, habitatorem Tridenti*.

305. Lagarinam Vallem ditionis, ac dioecesis Tridentinae partem Italiae conterminam, totamque ipsam Tridentinam regionem esse *nunc temporis* non in Italia, sed in Germania, inque Tirolensi Germaniae Comitatu, hic, et alibi scripsi, Todeschinoque respondens, rudi licet epistola data die 16 nov. 1781, ac relata Epistolarii mei Vol. 2, num. 248, pluribus momentis adserere, ac firmare studui. Nuper tamen, seu die 23 martii 1784 apud nob. dominum Ioannem Iosephum Volanum presbyterum ac in lyceo Tridentino publicum sacrorum canonum professorem, cui ego sane multum debitor sum, vidi epistolam aliter docentem, ac typis editam in folio num. 97 operis, cui titulus¹³⁷: *Giornale enciclopedico Tomo duodecimo dicembre 1779. In Vicenza, Con lic. de’ Sup.* apud Antonium Veronesium in 8° pag. 3, hoc modo: “Lettera di N.N. ad un amico. Amico carissimo. Treviso 15 novembre 1779. Pochi giorni sono mi fu comunicata una nuova carta geografica del Trentino, che porta questo titolo: *Tyrolis pars meridionalis, episcopatum et principatum Tridentinum continens* etc¹³⁸.”

Come? il Trentino parte del Tirolo? io lascio d’indagare se in via politica il Trentino faccia parte col Tirolo, ma dico bene, che in via geografica, e naturale *non ha mai fatto, e non può far parte con quella Provincia*. La lingua de’ Trentini non è essa italiana? le loro origini, la loro storia non è intimamente connessa con quella d’Italia? e non fece il Trentino figura da sé lungo tempo prima, che il Tirolo fosse un nome conosciuto? qual sana ragione persuaderà dunque un geografo a incorporare una nazione italiana a una tedesca, una nazione antichissima a una, si può dire, moderna?

¹³⁶ Il Corte.

¹³⁷ Huius Diarii auctrix est domina Elisabetha Caminer Turra vivens Vicentiae 1779 cooperante Venetiis domino Dominico Caminer.

¹³⁸ Vide infra in fine huius numeri.

Pure in ciò hanno preso grande abbaglio Buffier, Chiusole, e Busching¹³⁹; laddove l'inglese autore della Grammatica geografica ha ottimamente situato il Trentino nell'Italia Superiore¹⁴⁰.

E che cosa era a' tempi antichi il Tirolo (se pure ad esso devesi applicare, che non manca, chi ne dubita) si trae dalla *Notizia delle dignità dell'impero* scritta intorno all'anno 1400 dalla quale si vede, che una delle divisioni della Legione III Italica posta alla guardia delle frontiere d'Italia se ne stava *Teriolis*, risultandone da ciò, che questo *Teriolis*, o *Teriolo* fosse un semplice luogo fortificato, e non mai una città, e molto meno una Provincia, giacché quel luogo rimaneva rinchiuso nelle due Rezie, che appunto formavano le frontiere d'Italia.

Dopo molti secoli di silenzio, segno della poca importanza di quel luogo, e dopo accadute le note rivoluzioni del romano impero, de' Goti, de' Longobardi, de' Carolingi, ecc. finalmente intorno al 1100 comparisce nelle storie, e ne' documenti un *Comes Tyrolis*, o *de Tirol*, vale a dire un nobile vassallo, che possedeva in feudo dagl'imperatori di Germania la fortezza denominata *Tirol* unitamente al piccolo distretto, che le stava d'intorno. Questi Conti nel progresso di tempo dilatarono per eredità conseguite il loro dominio ben addentro nelle valli dell'Eno, e dell'Adige, e giunsero sino a' confini del Trentino, formando così una Contea d'una notevole estensione, che ritenne anche per tal modo accresciuta il nome di Tirolo. Estinta la famiglia di questi Conti passò per eredità la loro Contea ne' Conti di Gorizia, tra' quali ve n'ebbe alcuno assai potente e stimato. Estinti anche questi vi succedette per breve tempo la real Casa di Lucemburgo, che dominava allora in Boemia. Da questa passò il Tirolo in un ramo della Casa di Baviera, sicché all'estinzione anche di questo pervenne all'imperial Casa d'Austria.

Nel tempo, che il Tirolo stava nelle mani di queste potenti famiglie nacquero con Trento, e co' suoi vescovi, che sin dal 1027 ne possedevano il temporal dominio, alcune risentite controversie, e giunsero tant'oltre, che que' vescovi furono più volte spogliati della lor temporale signoria, benché in fine sieno sempre stati rimessi nel loro antico possesso, di modo che non si può asserire, che sia giammai nata una vera, e durevole incorporazione del Trentino al Tirolo.

Diamo ora una rapida occhiata alla storia di Trento. Questa città per consenso di tutti gli antichi storici, che ne parlano, ebbe l'origine, e la fondazione sua contemporanea, e comune a quella delle vicine città di Verona, Vicenza, Brescia, Bergamo, Milano ecc. di modo che essa sin dalla primiera sua esistenza si dee riguardare per italiana, ed essa poi esisteva, ed avea numerosa popolazione, ed ampio territorio lungo tempo prima del dominio de' Romani. Pervenuta in mano di questi, tanto è vero, ch'essi la riguardavano per italiana, che quando Augusto per suo privato studio e lume fece la divisione dell'Italia in undici Regioni, rinchiuso Trento anela decima denominata *Venezia*; e allorché sparse i suoi veterani per tutta l'Italia in numerose colonie, fece parte di una di esse parimente a Trento.

¹³⁹ P. Claudius Buffier Jesuita. Antonius Clusolus Roboretanus. G. T. Büsching Geografia. Antonio Fedrico Büsching Introduzione alla cognizione dell'Europa.

¹⁴⁰ Trento appartenne all'Italia, sinché dall'imperatore Massimiliano primo fu incorporato al Circolo dell'Austria Superiore, in cui anche il Tirolo è compreso. L. Luttus *nella Deduzione sopra i confini del Lago di Garda* § 3, pag. 2. Is ego quoque accipio de incorporatione pro gubernio non pro situ geographico. Etiam civitas Fani per ragion di governo, o di economia, fuit aliquando civitas Piceni, etsi nella sua geografica significazione sit civitas Umbriae, uti monet Petrus Amianus Fanensis To. 1, ab initio.

Dai successori d'Augusto essendosi divisa l'Italia per ragion di governo in 17 Provincie, seguirono essi nella lor divisione presso a poco il Piano d'Augusto medesimo, onde Trento rimase tuttavia nella Venezia. Distrutto in Occidente l'impero romano, e venuti i Goti a dominare in Italia, non alterarono punto il governo, e la divisione de' Romani; e riscontri sicuri si hanno, che Trento anche sotto di loro stava nella Venezia.

Ai Goti succedettero i Longobardi, e nuova divisione dell'Italia si trova fatta ai tempi loro in trentasei Ducati, uno de' quali comprendeva precisamente il Trentino, segno manifesto non solo dell'incorporazione sua all'Italia, ma altresì della ragguardevol figura, che faceva Trento, ed il suo distretto nel Regno d'Italia.

Espulsi i Longobardi da questo regno, e venuti a dominarvi i re francesi, s'intese per la prima volta il nome straniero di *Marca* dato alle divisioni antiche, e Trento col suo territorio continuò a formare una porzione separata del Regno d'Italia sotto il nome di *Marca*.

Ma passato questo regno unitamente alla Corona imperiale ne' monarchi di Germania, continuò bensì Trento a formar una parte del regno italico, ma fu stimato opportuno d'incorporarlo in qualità di Contea alla vicina Marca di Verona, o di Treviso, giacché quando dall'una, e quando dall'altra di queste due città prendeva essa il nome, ed avea sotto di sé oltre queste due anche quelle di Padova, di Vicenza, Feltre, e Belluno.

E in tutte le guerre sì straniere, che intestine, in tutte le rivoluzioni, e cambiamenti, che sconvolsero per sì lungo tempo l'Italia, rimase Trento costantemente attaccato alla Marca Trevisana, a segno, che anche dopo sciolti i legami politici, che combinavano in un corpo solo le nominate città, continuaurono i geografi a far uso della Marca Trevisana, e inchiudervi la città di Trento, come colle autorità di *Leandro Alberti*, di *Flavio Biondo*, e del *Mazzini*¹⁴¹ sarebbe facile a provarsi.

Se adunque il Trentino per origine, per continuazione non interrotta di governo, e per uniformità di lingua, e di costume formò sempre una parte dell'Italia: se esso figurò, e fece comparsa da se solo anche in tempo, che il Tirolo era niente, o assai piccola cosa, né dopo l'ingrandimento del Tirolo fu mai assorbita dalle potenze dominatrici di esso, e rimase sempre in istato di figurare da se solo: perché si vorrà ora senza necessità, anzi contra ogni ragione farlo una parte d'esso Tirolo? perché si vorrà innestare una Provincia tutta italiana su di una tutta tedesca, da cui per ragioni geografiche, e naturali sarebbe da separarsi quand'anche ragioni politiche gliela volessero unita? Per carità consigliate questo novello geografo a correggere il suo errore, che per altro è a lui comune con molto pochi intelligenti, e consigliate i signori trentini a non permettere, che si faccia questo torto alla loro rispettabile Patria. Sono con tutto il cuore”.

Hactenus epistolographus Tarvisinus, idest marchio Clemens Baronius de *Cavalcabò*, laudatus supra pag. 150, iterumque ab alia etiam eius egregia scripta laudandus in Bibliotheca Tirolensi, utpote de Sacco Lagarino. Una tabula inscripta *Tyrolis pars meridionalis* prodiit anno 1762, fuitque delineata, et composita ab Iosepho Antonio Spergesio aenipontano, nunc S.R.I. barone: sed notata a Baronio est *Tyrolis pars meridionalis* edita a Francisco Manfronio.

306. Laudatus Baronius edidit etiam opus sequens pro Vallis Lagarinae illustratione: *Idea della storia, e delle consuetudini antiche della Valle Lagarina, ed in*

¹⁴¹ *Mazzini* seu Magini.

particolare del Roveretano, di un socio dell'Imp. Reg. Accademia degli Agiati. Et pius est patriae facta referre labor, in 4°, pagg. 296, sine loco, anno, et nomine typographi. Vidi hoc anno 1785. Ceterum typis prodiit anno 1784 ut puto marchesanis Roboreti.

307. Vallarsia, Terragnolum, Fulgarida etc. Muratorius To. 2, Antiq. medii aevi Dissert. 33 *de origine sive etymologia italicarum vocum* col. 1101 edit. Mediol. 1739, dicit: "In Veronensibus, vicentinis, et Tridentinis montibus adhuc vici quidam supersunt, in queis antiqua Saxonum lingua perdurat, atque hoc ipso ineunte saeculo Danorum rex, regnantis pater, in Italiam profectus, eorumque locorum incolas alloquutus, plurima ibi offendit Danici sermonis vestigia. Eiusmodi populos clarissimus marchio Scipio Maffei in Verona illustrata censet *Cimbrorum reliquias*"¹⁴². Ita Muratorius. Danorum rex ab an. 1699 ad 1730 fuit Fridericus quartus, pater Christiani sexti regis ab an. 1730 ad 1746. Venit Veronam an. 1708 mense decembri, ibique fuit 10 diebus.

308. *Astegus* de quo supra num. 6, et 101. Eruditus vir Marcus Petius presbyter Veronensis To. 1 *Novissimi illustrati monumenti de' Cimbri ne' monti Veronesi, Vicentini, e di Trento* edit. Veron. 1785, pag. 36 dicit: *Il fiume Astico assai bene rilevasi da Astich frondoso, poichè Asticum è il di lui nome antico latino*. Deinde pag. 37 *San Pietro d'Astico*. In charta an. 1545 memoratur *flumen Astici pertinentiarum Fulgariae*. In alia an. 1561 *Christophorus Rossatus de Astico pertinentiarum Montis Lavani*. Salmonius To. 19 pag. 308 agens de territorio vicentino dicit, quod *il fiume Astico somministra pregiatissime trotte rosse*. Quidam *Ortensio Zaghi* scripsit librum *del Torrente Astico, e del modo di riparare ai danni minacciati alla città di Vicenza*. In Padova 1720, in folio.

309. Vadum, de quo num. 244 dicitur *Vò Casaro* etiam hodie, quasi *Vadum Caesareum*, prout a quodam clerico Vadano accepi. Nomen huiusmodi non esse recens probatur ex eo, quod in tabula anni 1536 occurrat *Antonius quondam Antonii Amatoris de Vado Casario Vicinatus Avii*.

310. Anno 1785 Tridenti Iosephus Rufinus Regiensis fudit campanam pro ecclesia Seratena, cum inscriptione ista: *Sumptibus Onor. Vicinia Seratae temp. R. Dño Georgio Zanella Curato 1785*. Ita pluries, ac attentissime legi egomet in ipso fusorio die 30 septembris 1785. Posterii dicent nos barbaros fuisse.

311. Cornetum, *Corneto, Cornedo*, ac passim *Corné*, vicus Brentonici, quod in charta anni 1392 dictum fuit *Cornedum Plebis Brentonici*. In Clerologio Trid. 1789, ac 1793 dicitur *Cornetum*.

312. Anno 1460 die veneris ante dominicam *Laetare*¹⁴³, sub datum Oeniponti Sigismundus Austriae Dux a Georgio episcopo Tridentino in feudum accepit Castrum Biseni, et permisit eidem episcopo, ac successoribus eius pleno iure Castrum Petrae.

313. Anno 1447 Tarvisii claruit, chartamque scripsit quidam cancellarius, qui ei se ita subscripsit: *Ego Zanandrea quondam Bartholomaei de Ursinico inter doctores*

¹⁴² Vide nostrum To. 2 Variarum Inscript. 1845.

¹⁴³ * Nel 1460 corrispondeva al giorno 21 marzo.

minimus, et Communis Travisini cancellarius. Sed *Ursinicum* istud fuit Tarvisinae dioecesis, nam inventarium bonorum monasterii Tarvisini s. Christinae confectum an. 1317 habet *Mansum unum in Villa de Ursinico*. An. 1317 eodem vixit *Giovanni di Guglielmo de Orsenigo* Tarvinus. An. 1334 *Gabriello di Ursinico di Omodeo da Padernello* Tarvisinus. Anno 1468 egregius legum doctor dominus Augustinus de Ursinico Tarvisinus.

314. Peneda, et Nacum, de quibus supra p. 113. Peneo Castro subiacet Nacus oppidum. Ita Ludovicus Luttus in Benaco pag. 5. *Lacui Benaci* nomen imposuere alpinae genes, eo quod penes Nacum sortiretur initium, sive ex Peneo Castro, et Naco compositum. Idem Luttus pag. 8 Naco Benaci nomen referunt Sabellicus, Iustinianus, Blondry, et Capriolus. Ibi p. 8.

315. Avolanum in charta scripta die 28 iulii 1348 in Castro Beseni dicitur *Burgum Avolani*; nam scripta occurrit *praesentibus Bonincontro quondam ser Cerboni a Vulpe de Rovredo, Iohanne dicto Longino quondam Lotti de dicto loco de Rovredo, et Nasinbeno quondam Calzabrunae de Burgo Avolani dicti episcopatus*. Vidi aliam chartam membraneam eleganter scriptam anno 1429 *Volani Vincentini districtus*, coram *magistro Iacobo quondam Brognae de Volano Vincentini districtus* emente pro DD. Marchabruno excell.mo ac circumspecto Praetore dignissimo Castri de Bexeno duas petias terrae Caltrani vincentini agri, scledanique districtus. Sed falso Volanum dicitur *Vincentini* districtus, et Marcabrunus adseritur *Praetor Castri de Bexeno*. Avolanum habet octo portas, vulgo *Portoni*, semper apertas, nempe Italicam, Germanicam, Vicentinam, Clusolinam, Agrariam, Nemorosam, Punticam, et Maceroniam.

316. Nomium. Bartholomaeus Coepolla Veronensis defunctus anno 1477, Consilio 59 ait, quod *Castrum Nomi* olim fuit nobilium virorum domini Iacobi de Beseno, et postea domini Marcabruni eius filii, tamquam feudatariorum Ecclesiae Tridentinae. Quodque fuit eis ablatum et expugnatum per D. Federicum Ducem Austriae genitorem ill.mi principis, et domini sui gratiosissimi domini Sigismundi Ducis Austriae, quia volebat se tenere cum Venetis. Quod postea dictus princeps Federicus pignora domini Albrigeto pro quatuor millibus ducatis salvo iure feudi, et dictus D. Albrigetus ipsum cessit memoratis DD. Ioanni, ac Thomasio de Castro Barcho.

317. *Visnà, villaggio poco distante da Mori*, memoratur ceu habitatus anno 1788, a medico Matthaeo Salvatorio muriensi *nelle Sperienze* pag. 35. Sed ego ipsum non inveno apud alios.

318. Pro Garduno, de quo num. 82, notandum, quod monente celebri Carolo Du Cange in suo Glossario Mediae, et infimae latinitatis, verbo *Dunum*, verbum hoc "Dunum vetere Gallorum lingua montem, vel collem significat. Unde factum, ut omnia pene oppidorum, quae collibus, aut montibus inaedifiata sunt, nomina in *Dunum* terminantur. Verbi gratia *Lugdunum*, a *Lugus*, quod Celtis *Corvum*, et *Dunum*, quod *Montem* sonat, dictum author est ex Clitophonte Plutarchus etc. Complura alia oppidorum tam in Galliis, quam in Britannia, Germania, Hispania, et Illyrico in *Dunum* desinentia nomina recenset prater Bucananum Cluverius L. 1, German. Antiq. c. 7, unde conicit iis populis eandem fuisse origine, etc." Ita Cangius. Etiam Iosephus Reschius in Annal. Sabionen. ait *Dun* lingua celtica *Collem* significat. Bollandiani autem

aiunt:”*Dunum* ascensum veteri Gallorum lingua significat. Unde multa oppida Gallorum desinebant in *dunum*”. Sic iidem Bollandiani Quibus quidem adiacere lubet quod exstant *Lugdunum* Galliae, *Lugdunum* Batavorum, *Laudunum*, *Braunodunum*, *Brillendunum*, *Caesarodunum*, *Carrodunum*, *Dorodunum*, *Ebrodunum*, *Fermeliodunum*, *Issoldunum*, *Macedunum*, *Melodunum*, *Modunum Monza*, *Modunum Moudon*, *Noviodunum*, *Rigodunum*, *Sedunum*, *Segedunum*, *Segodunum*, *Serviodunum*, *Tauredunum*, *Verodunum*.

319. Oplus, de quo pag. 78, et 105. Muratorius To. 2 Dissert. 24, col. 352 inquit: “Oplus est italis *Oppio*, arbor ad vites alendas aequae ac ulmus, aptissima: neque populus, sed oplus latinorum dicenda est”. Varro L. 1, c. 8 scribit: *Mediolanenses in arboribus, quas vocant opulos*. Ibidem.

320. Numium, de quo num. 136 Hieronymus Tartarottus Roboretanus in sua *Apologia del congresso notturno delle Lamie*, impressa Venetiis 1751 pag. 202 dicit: “Che diremo de’ giuochi di mano, e d’equilibrio, ne’ quali supera forse quanti mai furono al mondo il nostro Giambattista Pergen, che di continuo è in giro per le Province d’Europa, e quantità grandissima di danaro ammassa?”. Ipsum vidi Roboreti circa an. 1748 cum patre suo. Fratres eius se se scripserunt *Pergami*. Dicti fuerunt etiam *Battistei*.

321. Sanctus Georgius, *San Giorgio*, et *San Iori*, Castrum inter Avium, et Chizolam, in monte infra Chizolam. Memoratur a Magino. Nunc dirutum est. Ceterum subsistit *Castellum de Sancto Georgio* spectans ad dominum Brinaum de Castrobarco anno 1218. Idem *Castrum Sancti Iorii* inter Castra *Cruzolae*, ac *Avii* commemoratum fuit etiam anno 1339.

322. Subcastrum, *Sottocastello*, vicus parochiae Besenellensis, ita dictus in Clerologio Tridentino anni 1789, et 1793.

323. Iseria. In ephemeridibus Tridentinis fol. 57, anni 1805 sub datum Parigi 3 luglio est: *Il Giornale d’Isera annuncia, che il Prefetto di Grenoble ha ricevuto* etc. Est folium di *martedì 16 luglio*.

324, Anno isto 1805 milites austriaci novam viam plaustralem fecerunt contra francos, ducentem in Montem Scanuclinum, sed frustra.